

tatem factum esse. Nam Petrus clarè adjungit, quia et DOMINUM EUM, ET CHRISTUM FECIT, NUNC JESUM, quem vos crucifixistis, de Christi humanitate se agere ostendens. De hoc ita Cyrillus, lib. 9 Theauri, c. 5. Fecit, inquit, Dominum eum et Christum, quia tempore humilitatis, quo erat quidem, sed non ostendebat se Dominum, expleto, in Domini et Christi gloriam ipsum assumpsit, eumque Dominum et Christum esse manifestavit. Sic ille. *Quem vos crucifixistis.* Athanas., tomo 5 contra Arianos, arbitratur hoc addi ut designetur Jesus, secundum quod crucifixus est, Dominum et Christum factum esse. Sed magis id videtur hic repeti ad peccati in Christum admissi exaggerationem, et inducendam plenam illius peccati cognitionem et penitentiam. Nam cum Petrus initio dixisset: *Hunc per manus iniquorum interemisistis*, non plus declararat, quam ipso interemisisse virum à Deo probatum. Nunc autem declarato illum ipsum hominem esse Deum, iterum repens, quem vos crucifixistis, acriter pungit, ut poeniteat.

VERS. 58. — POENITENTIAM AGITE, ET BAPTIZETUR UNUSQUISQUE VESTRUM IN NOMINE JESU CHRISTI. Quidam olim intellexerunt hic indicari formam baptismi, quasi primi Christiani tantum baptizati essent invocato nomine Jesu Christi, et non omnium trium personarum. Sed propter expressum mandatum Christi, Matth. 28: *Baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*, sententia illa merito reprobatur. Itaque illud: *Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi*, intelligendum est, invocato auxilio Christi; vel, in nomine Domini Jesu, tanquam suâ morte baptismum sanctificantis; quâ ratione Paulus dicit Rom. 6: *Quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus.* Vide etiam de hoc plenius infra, c. 19, v. 5. Sequitur: IN REMISSIONEM PECCATORUM VESTRO- RUM. Peccatorum, scilicet omnino omnium, juxta illud Ezech. 56, v. 25: *Effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.* Ceterum, quod dicit: ET ACCIPIETIS DONUM SPIRITUS SANCTI, donum Spiritus sancti ad justificationem intelligi, juxta quod ad Titum, c. 5, explicat Paulus dicens: *Salvos nos fecit per lavacrum regenerationis et renovationis, ut justificati gratiâ ipsius, hæredes simus secundum spem, vitæ æternæ.*

VERS. 40. — ALIIS ETIAM VERBIS PLURIMIS TESTIFICATUS EST: que scilicet ob prolixitatem, inquit Aug., lib. de Fide et Oper., c. 8, hic à scriptore non recensentur. Sufficit enim quod summam subjecit: ET EXHORTABATUR EOS, DICENS: SALVAMINI A GENERATIONE ISTA PRAVA; quæ dicit: Eripiite nos à presenti se-

VERS. 59. — Vobis enim est reprobatio. Occurrit difficultas eorum de tantâ gratiâ consequendâ, eò quod tam graviter peccassent. Sensus est: Ad vos, quasi filios Abrahæ, pertinet promissio eidem Abrahæ facta de Christo, et omnibus donis, quæ Christus fidelibus suis confert.

Et omnibus qui longè sunt, à Deo, Ecclesiâ, fide et saluto; hoc est, gentilibus.

Advocaverit. Ad Ecclesiam suam, quæ et ipsa à deo vocata, nomen habet, hoc est, ab advocando.

culo nequam, prout Apostolus ad Galat. 1, loquitur. August., loco citato quoque utitur lisdem verbis ad dehortandum ab operibus mortuis, scribens in eos qui affirmabant absque renouatione sæculi, solam ad suscipiendum baptismum fidem sufficere. Aliqui generationem hanc pravam intelligunt peculiariter generationem Judaicam, sed parùm probabiliter. Nam generatio illa nondum se declararat incorrigibilem, et ut fuisset incorrigibilis pro majori parte, non tamen expeditisset id statim in ingressu prædicationis declarare. Itaque generaliter intelligitur natura humana corrupta.

VERS. 42. — ERANT AUTEM PERSISTENTES IN DOCTRINA APOSTOLORUM, ET COMMUNICATIONE FRAGMENTIS PANIS, ET ORATIONIBUS. Cùm primum et ultimum hæc sit spirituale, oportet tale esse et medium. Ac proinde intelligitur de fractione panis, de quâ ait Apost. 1 Cor. 10: *Et panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est?* Adde quod Syr. pro, panis, transfert, *Eucharistia.* Græcè quoque additur articulus; *illius panis*, scilicet cœlestis. Videntur quidem Græci de conviviis charitatis, quas *agapæ* vocant, intelligere; sed ferè simul cum istis agapæ iungebatur communicatio corporis dominici, ut patet 1 Cor. 11. Et sanè si de profanis tantum conviviis esset sermo, non diceret Lucas primos Christianos in iis perseverasse; cùm laus non sit, sed potius vituperium, frequens comessatio.

VERS. 44. — OMNES ETIAM QUI CREDEBANT, ERANT PARITER, ET HABEBANT OMNIA COMMUNIA. Non addit, pariter in eodem loco, ut initio hujus capituli, ne quis putet necesse fuisse omnes uno loco contineri. Nam et paulò post subjungit, *frangentes circa domos panem*, pluraliter, ut intelligas ipsos convivia nunc in hâc, nunc in illâ domo celebrasse, ut quibus omnia essent communia. Sed quomodo pariter? et quomodo omnia communia? Aliqui respondent, ut nunc in vitâ religiosâ. Sed fortè vitâ talis non fuit constituta, nisi infra, cap. 4, in fine, et confirmata cap. seq. De eo quod hoc cap. narratur, sic scribit Cyprian., de Opere et Eleemosynis, n. 10. Inter ipsa, inquit, primordia majoribus virtutibus mens vigeat, novo fideli calebat fervore. Hæc ille, ad eleemosynas adhortans. Et Ambros., serm. 19: Habebant, ait, omnia communia, ut quibus esset una fides, esset et una substantia; et quibus erat communis Christus, communis esset et sumptus. Et Tertul., in Apolog., cap. 57, cùm in laudem communem Christianorum dicit: *et Nihil de rerum communione dubitamus, sicutque apud nos omnia in discretâ prater uxores, non nisi de liberâ per charitatem communicatione agens; sic enim eodem cap., paulò superius, dixerat: Modicam unusquisque*

VERS. 41. — *Apposita sunt, Ecclesiæ et cœteri fidelium. Animæ, homines.*

VERS. 45. — *Fiebat autem omni animæ timor*, id est, omnes timore, et sacro quodam horrore et reverentiâ tenebantur, ut fit ubi se Deus prodit per opera insueta.

Et metus magnus. Repetitio ejusdem sententiæ, more Hebræorum, qui solent eas frequenter usurpare.

stipem menstruâ die, vel cùm velit, vel si modo velit, apponit; nam nemo compellit, sed spontè confert. Sic ille. Interim paulò post quosdam etiam se prostris omni jure suarum possessionum addicasse, docetimus ad c. 4 et 5, infra.

VERS. 46. — QUOTIDIE QUOQUE PERSISTENTES UNANIMITER IN TEMPO, TANQUAM SOLITO ORATIONIS LOCO, ET NE ILLUD VIDERENTUR ABOMINARI, ET PER HOC NONDUM CONVERSOS À SUSCIPENDI FIDE CHRISTI AVERTERE. Interim

VERS. 45. — *Possessiones, agrorum aut domorum. Substantias, bona mobilia, ut pecora et suppellectilem.*

Vendebant, amore paupertatis et studio charitatis, ut possent cum egentibus communicare.

VERS. 46. — *Cum exultatione; et mutuam charita-*

CAPUT III.

1. Petrus autem et Joannes ascendebant in templum, ad horam orationis notam.

2. Et quidam vir, qui erat claudus ex utero matris suæ, bajulabatur; quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur Speciosa, ut peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum.

3. Is cùm vidisset Petrum et Joannem incipientes introire in templum, rogabat ut eleemosynam acciperet.

4. Intuens autem in eum Petrus cum Joanne, dixit: Respice in nos.

5. At ille intendebat in eos, sperans se aliquid accepturum ab eis.

6. Petrus autem dixit: Argentum et aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do: in nomine Jesu Christi Nazareni surge, et ambula.

7. Et apprehensâ manu ejus dexterâ, alievavit eum, et protinus consolidatae sunt bases ejus et plantæ.

8. Et exsiliens stetit, et ambulabat; et intravit cum illis in templum ambulans, et exsiliens, et laudans Deum.

9. Et vidit omnis populus eum ambulantem, et laudantem Deum.

10. Cognoscebant autem illum, quod ipse erat; qui ad eleemosynam sedebat ad Speciosam portam templi; et impleti sunt stupore et extasi in eo quod contigerat illi.

11. Cùm teneret autem Petrum et Joannem, occurrit omnis populus ad eos, ad porticum quæ appellatur Salomonis, stupentes.

12. Videns autem Petrus, respondit ad populum: Viri Israelitæ, quid miramini in hoc? aut nos quid intuemini, quasi nostrâ virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare?

13. Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob, Deus patrum nostrorum, glorificavit Filium suum Jesum, quem vos quidem tradidistis, et negastis ante faciem Pilati, judicante illo dimitti.

14. Vos autem Sanctum et Justum negastis, et petistis virum homicidam donari vobis:

15. Auctorem verò vitæ interfecistis, quem Deus suscitavit à mortuis, cuius nos testes sumus.

16. Et in fide nominis ejus, hunc quem vos vidistis

FRANGENTES CIRCA DOMOS PANEM, id est, nunc in hâc, nunc in illâ domo (quod et supra attingimus) convivia sobria et modesta cum exultatione celebrantes.

VERS. 47. — DOMINUS AUTEM AGEBAT QUI SALVI FIERENT QUOTIDIE IN IDIPSUM. Sensus est: Dominus in dies faciebat quosdam in salutem æternam ad ipsos accedere, seu illis se conjungere. Hoc enim est, in idipsum, id est, eandem societatem, disciplinam ac vivendi rationem. Græcè sonat, *adjungebat Ecclesiæ.*

tem et consolationem, ex sumptione Eucharistiæ. *Et simplicitate cordis*, id est, sine malitiâ, dolo, suspitione, invidia; sed benevolè, candidè, sincerè.

VERS. 47. — *Habentes gratiam ad omnem plebem; toti populo chari et amabiles, propter sanctos et inculpatos mores.*

CHAPITRE III.

1. Or Pierre et Jean montaient au temple, pour la prière de la neuvième heure.

2. Et il y avait un homme boiteux dès le sein de sa mère, que l'on portait, et que l'on mettait tous les jours à la porte du temple qu'on appelle la Belle-Porte, afin qu'il demandât l'aumône à ceux qui y entraient.

3. Cet homme voyant Pierre et Jean qui allaient entrer dans le temple, les pria de lui donner quelque aumône.

4. Et Pierre, qui était accompagné de Jean, arrêtant sa vue sur ce pauvre, lui dit: Regardez-nous.

5. Il les regardait donc attentivement, espérant qu'il allait recevoir quelque chose d'eux.

6. Mais Pierre dit: Je n'ai ni or ni argent; mais ce que j'ai, je vous le donne. Levez-vous, au nom de Jésus-Christ de Nazareth, et marchez.

7. Et ayant pris en même temps par la main droite, il le leva: et aussitôt ses jambes et ses pieds s'affermirent;

8. Et faisant un saut, il se tint debout, et marcha; en sorte qu'il entra avec eux dans le temple, marchant, sautant et louant Dieu.

9. Et tout le peuple le vit marcher et louer Dieu.

10. Et reconnaissant que c'était celui-là même qui avait coutume d'être à la Belle-Porte du temple pour demander l'aumône, ils furent remplis d'admiration et d'étonnement de ce qui lui était arrivé.

11. Et comme il tenait par la main Pierre et Jean, tout le peuple étonné de cette merveille, courut à eux, à la galerie qu'on nomme de Salomon.

12. Ce que Pierre voyant, il dit au peuple: O Israélites, pourquoi vous étonnez-vous de ceci? et pour quoi nous regardez-vous, comme si c'était par notre puissance, ou par notre sainteté, que nous eussions fait marcher ce boiteux?

13. Le Dieu d'Abraham, le Dieu d'Isaac, et le Dieu de Jacob, le Dieu de nos pères, a glorifié son Fils Jésus, que vous avez livré et renoncé devant Pilate, qui avait jugé qu'il devait être renvoyé absous.

14. Mais vous avez renoncé le Saint et le Juste; vous avez demandé qu'on vous accordât la grâce d'un homicide;

15. Et vous avez fait mourir l'Auteur de la vie. Mais Dieu l'a ressuscité d'entre les morts, et nous sommes témoins de sa résurrection.

16. Or, c'est par la foi en son nom, que sa puis-

et nōstis, confirmavit nomen ejus; et fides, quæ per eum est, dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum.

17. Et nunc, fratres, scio quia per ignorantiam fecistis, et sicque vestri.

18. Deus autem, quæ prenentavit per os omnium prophetarum, pati Christum suum, sic implevit.

19. Pœnitentiam igitur, et convertimini, ut deleantur peccata vestra :

20. Ut cum venerint tempora refrigerii à conspectu Domini, et miserit eum, qui prædicatus est vobis, Jesum Christum.

21. Quem oportet quidem cœlum suscipere usque in tempora restitutionis omnium quæ locutus est Deus per os sanctorum suorum à seculo prophetarum.

22. Moyses quidem dixit : Quoniam prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratribus vestris tanquam me : ipsum audietis juxta omnia quæcumque locutus fuerit vobis :

23. Erit autem, omnis anima quæ non audierit prophetam illum, exterminabitur de plebe.

24. Et omnes prophætæ à Samuel, et deinceps, qui locuti sunt, annuntiarunt dies istos.

25. Vos estis filii prophetarum, et testamenti quod disposuit Deus ad patres nostros, dicens ad Abraham : Et in semine tuo benedicentur omnes familie terre.

26. Vobis primùm Deus suscitans Filium suum, misit eum benedicentem vobis, ut convertat se unusquisque à nequitia suâ.

sanctæ à affirmati cet homine quæ vos voyez, et quæ vos connaissez ; et c'est cette foi qui vient de lui, qui a fait devant vous tous le miracle d'une si parfaite guérison.

17. Cependant, mes frères, je sais que vous avez agi en cela par ignorance, aussi bien que vos séculiers.

18. Mais Dieu a accompli de cette sorte ce qu'il avait prédit par la bouche de tous ses prophètes, que son Christ souffrirait.

19. Faites donc pénitence, et convertissez-vous, afin que vos péchés soient effacés,

20. Pour les temps du rafraichissement que le Seigneur doit donner lorsqu'il enverra ce Jésus-Christ qui vous a été annoncé,

21. Il faut cependant que le ciel le reçoive jusqu'au temps du rétablissement de toutes choses, que Dieu a prédit par la bouche de tous ses saints prophètes, depuis le commencement du monde.

22. Moïse a dit : Le Seigneur votre Dieu vous suscitera d'entre vos frères un prophète comme moi ; écoutez-le en tout ce qu'il vous dira :

23. Et quiconque n'écouterà pas ce prophète sera exterminé du milieu du peuple.

24. Et tous les prophètes qui sont venus de temps en temps depuis Samuel, ont prédit ce qui est arrivé en ces jours.

25. Vous êtes les enfants des prophètes et de l'alliance que Dieu a établie avec nos pères, en disant à Abraham : Toutes les nations de la terre seront bénies en votre race.

26. C'est pour vous premièrement que Dieu a suscité son Fils ; et il vous l'a envoyé pour vous bénir, afin que chacun se convertisse de sa mauvaise vie.

COMMENTARIA.

VERS. 1. — ASCENDERANT IN TEMPLUM, AD HORAM ORATIONIS NOMAM. De hoc Tertul., de Jejunis, cap. 10: Tres, inquit, ille hora, tertia, sexta et nona, ut insigniores in rebus humanis, utpote quæ negotia distinguunt, et quæ publicè resonant (nempe tunc publicus sonus edebatur, et non ad alias horas) solemniores quoque fuerunt in orationibus divinis. Et paucis interjectis: Dicam Petrum ex veteri usu nonam observasse; sed dignior apud nos quoque ratio affertur observandi nonam, quæ et Petro deputata est; venit enim de exitu Domini (mortem Christi intelligit, quæ in horam nonam incidit), prout et tertia venit de adventu Spiritus sancti, et sexta de Domini crucifixione. Hæc Tertull.

VERS. 2. — AD PORTAM TEMPLI, QUÆ DICITUR SPECIOSA. Prolixè disputat Baron. de hæc portâ, ad ann. 54. Tandem sic concludit: Cum cæterarum portarum duæ imprimis pulcherrimæ haberentur, Major scilicet (de qua Josephus, lib. 17 Antiq., cap. 8), et Corinthia (de

VERS. 2. — Quidam vir. Annorum quadraginta, ut dicitur v. 22 capitis sequentis.

Ex utero matris suæ. Exaggerat hæc circumstantia miraculi magnitudinem; quam etiam ob causam fuit illustrior curatio cæci nati, Joan. 9, 1.

VERS. 5. — Incipientes introire, jamjam ingressuros. (Sâ.)

VERS. 4. — Respice in nos. Jussit Petrus claudo ut in se respiceret, ad ejus attentionem et spem futuri miraculi excitandam. Præterea, ut modum miraculi

quâ idem de Bello Jud. l. 6, cap. 6), etsi Major illa crassior argento et auro vestiretur, tamen quod altera ere Corinthio fabrefacta, multum, ut idem ait, illum argento inclusam et auratum honore superaret, Corinthiam potius Speciosam dictam arbitror, maximè quod Major illa jam speciale nomen suum obtineret. Ita Baronius in Amalibus. Nota autem dictum, ad portam templi, ut peteret eleemosynam; ut intelligamus, ne tunc quidem licuisse mendicare in ipso templo, ne inturbarentur orationes.

VERS. 6. — QUOD AUTEM HABEO, HOC TIBI DO: SURGE, ET AMBULA. Imperativè loquitur, tanquam faciens miraculum ex auctoritate, qui infra Tabytum suscitavit, premissâ oratione. Nam duobus his modis miracula fieri declarat Gregor., lib. 2 Dialog., cap. 50. Datur autem intelligi, ait Ambros., serm. 8 in Psal. 118, ad salutem imprimis necessarium esse ut claudicantibus in fide ante omnia curentur pedes à Petro, quibus super Ecclesie Petram à Christo institutum valeant videret, cognosceretque illud fieri per invocationem nominis Jesu Christi.

VERS. 5. — Sperans se aliquid accepturum, stipem aliquam. Sic etiam nunc à spiritualibus patribus illi qui temporalia potius colligere student, quam spiritualia.

VERS. 6. — In nomine Jesu Christi, virtute Jesu, qui est Christus, id est, Messias genti nostræ promissus.

VERS. 7. — Prostratus, ut appareret esse divina sâ-

consistere, et benè ambulare. Sic ille.

VERS. 11. — AD PORTICUM QUÆ APPELLATUR SALOMONIS. Clytheones, in suo Cyrillo, 7, in Joannem c. 9, dicit sic appellatum, quod Salomon in eâ orare consuevisset. Sed improbabiler. Nam ad istam porticum, teste Josepho, lib. 6 de Bello Jud., c. 6, etiam erat accessus alienigenis. Itaque ista verior ratio, quam affert Baron., ad ann. Christi 54, quia destructo sub Sennacherib templo, hæc porticus sola ob ædificii robur ac firmitatem dirui non potuit, et usque dum Herodes templum reedificaret, permansit, atque in memoriam primitivi structoris nomen Salomonis obtinens, ita appositè fuit instaurata, ut inter porticum templi denouè haberetur. Hoc modo Baronius.

VERS. 13. — AUCTOREM VERÒ VITÆ INTERFECISTIS. Sed similia prorsus sunt cap. præcedenti, vers. 23 et 26. Quæ itaque ibi vide explicata ex Augustino et Athanasio.

VERS. 17. — ET NUNC FRATRES, SCIO QUIA PER IGNORANTIAM FECISTIS, SICUT ET PRINCIPES VESTRI. Compellatione benevolâ nilitur sibi conciliare auditores, quos per correptionis acrimoniam videri poterat à se alienasse. Sed quomodo dicit, scio quia per ignorantiam fecistis? An quia poterat ignorare Christum esse justum qui publicè proclamârat: Quis ex vobis arguet me de peccato? Nequaquam. An ergo quia ignorabant illum esse Deum? posset id dici, nisi Petrus dicens, sicut et principes vestri, aperiret se loqui de ignorantia quæ principibus et populo fuit communis. Jam verò principes non ignorabant Christum esse Deum, ut patet ex illis verbis parabole, Matth. 21: Hic est hæres, venite occidamus eum. Et rursum ex eo quod Christus dicit, Lucæ 22, ad principes sacerdotum: Vos dicitis quia ego sum. Id enim dicendo, ait Leo, conscientias eorum cedebat, tanquam idipsum in suis sentirent conscientias. Quomodo ergo per ignorantiam? Observa in verbis subjectis.

VERS. 18. — DEUS AUTEM, QUÆ PRENENTAVIT, PATI CHRISTUM SUUM, SIC IMPLEVIT. Quasi dicat, hoc scilicet consilium Dei, vos et principes vestri, ignorastis. Itaque loquitur hæc Petrus, prout Joseph ad fratres suos, Genes. 45, dum dicit: Non vestro consilio, sed Dei voluntate hæc missus sum, qui fecit me quasi patrem Pharaonis, ac principem in omni terrâ Ægypti. De hæc natio, quæ diuturnitate temporis non eget ad pellendos morbos.

Bases ejus, crura et tibia, quibus tota corporis moles fulcitur.

Plantæ, id est, pedes.

VERS. 8. — Et exsiliens stetit, non exsurgens tantum, sed etiam exsiliens, quippe perfectam jam adeptus sanitatem, et pro divino beneficio lætus et alacer.

Et exsiliens. Subinde præ gaudio, et ut circumstantibus fidem faceret præteritæ invaletudinis nullum superesse vestigium.

VERS. 10. — Stupore et extasi, maximâ admiratione, ut quasi extra se fierent.

In eo, propter id.

VERS. 11. — Cum teneret autem Petrum et Joannem. Cum ex amore, reverentiâ et gratitudine illis adhæreret, et manus aut vestes eorum teneret.

VERS. 12. — Potestate, Græcè, pietate scilicet in Deum. (Sâ.)

sapientiâ Dei loquitur Paulus, 1 Cor. 2, ita dicens: Loquitur sapientiam Dei in mysterio, quam prædestinavit ante secula in gloriam nostram, quam (scilicet sapientiam Dei) nemo prudentium hujus sæculi cognovit. Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Sive enim per principes sæculi intellexeris demones, sive Judæorum rectoris, si scivissent sapientiam Dei, quâ illum Christi abjectionem ordinasset ad gloriam ipsius, et nostram, vel ex invidia non voluissent eum crucifigere.

VERS. 19. — PœNITENTIAM IGITUR, ET CONVERTIMINI. Ac si dicat: Tametsi exaltationis Christi ignari ad mortem usque deduxeritis ipsum, ipsius tamen inopinatam vobis, minimeque expectatam nolite spernere, ac negligere glorificationem, sed assumendo dispendentiam et dolentiam præteritorum, penitentiam, et simul assumendo propositum melioris vitæ, convertimini. Ita scilicet hic et alibi passim per hæc duo penitentia definitur.

VERS. 20. — UT CUM VENERINT TEMPORA REFRIGERII, etc. Elliptica oratio est; quasi dicat, ut et vos tunc in refrigerio sitis. Sed cujus refrigerii? Subjungit, A CONCEPTU DOMINI ET MISERIT EUM QUI PREDICATUS EST VOBIS, JESUM CHRISTUM. — VERS. 21. — QUEM OPORTET QUIDEM CŒLUM SUSCIPERE USQUE IN TEMPORA RESTITUTIONIS OMNIUM. Ubi Tertul., cap. 25 de Resurrect., ad elucidationem nostri textus convenienter legit, exhibitionis omnium. Quæ tempora erunt tempora judicii extremi. Nam tunc Dominus, in voce archangelis et tubæ Dei, descendet de cælo. Et usque ad illud tempus cœlum illum suscipiet, seu inhabitantem habet, sicut et Symbolum dicit: Sedet ad dexteram Dei, et inde venturus est judicare vivos et mortuos. Nec malè hoc urgent hæretici. Verum, in eo graviter allucinantur, quod non admittant ipsum in cœlo permanentem habere posse diversa ubi. Sicut enim per nativitatem ex Virgine, operatus est penetrationem corporarum dimensionum, sicut et Joan. 20, quando ad discipulos corpus intulit januis clausis, scilicet ita ut duo corpora essent in eodem loco; ita eadem virtute facere potest, cum vult, ut unum corpus sit in pluribus locis.

VERS. 22. — MOYSES QUIDEM DIXIT: QUONIAM PROPHETAM SUSCITABIT VOBIS DOMINUS TANQUAM ME. Quid? ergone Christus purus homo ut Moyses? Respondet

VERS. 13. — Negastis, dimittit debere, Barabbam ei præferentes.

Judicante illo dimittit, innocentem judicante, et dimittere cōstante.

VERS. 14. — Virum homicidam, Barabbam, Matth. 27, 21.

VERS. 15. — Quem Deus suscitavit, etc. Surrexit enim Christus virtute divinitatis suæ.

Cujus resurrectio.

VERS. 16. — Et in fide nominis ejus, id est, per fidem et invocationem nominis Christi.

Quem vos vidistis et nōstis, hunc claudum, quem vos sæpius vidistis, et benè nōstis.

Confirmavit nomen ejus, confirmavit, et curavit virtus ejus, non ego meâ medicinâ, vel virtute.

Et fides quæ per eum est, id est, et fides in eum, hoc est, in Christum.

VERS. 21. — Quæ locutus est, quæ scilicet tempora fore prædixit Dominus per prophetas suos sanctos.

August., tract. 15 in Joannem, tanquam me, vel, ut, Deut. 18, legitur, similem mei, pertinere ad formam carnis, non ad eminentiam majestatis. Verum tamen quod Christus foret tanquam Moyses quoad formam carnis, satis dictum videtur in verbis ipis adjunctis: *suscitabit vobis Deus de fratribus vestris*. Deinde adverbium, tanquam, magis requirit communionem ejusdam qualitatis vel officii, quam substantivam. Optime itaque Cyrillus, Dialog. cum Hermia, lib. 1: *Tanquam me, scilicet, mediatorem afferentem populo coelestes ac divinos sermones, explanantemque ineffabilis ac indicibilis naturæ voluntatem*. Quod constat per Christum esse consummatum. Dixit enim: *A meipso locutus non sum quæ loquor; sicut docuit me Pater, sic loquor, et ipse me misit*. Ita Cyrillus.

VERS. 24. — ET OMNES PROPHETE A SAMUEL, ET BEINCEPS, ANNUNCIAVERUNT DIES ISTOS. Intellige, sicut

A seculo. Qui prophete ab initio orbis conditi subinde missi sunt à Domino, et hæc prænuuntiarunt.

VERS. 25. — *Et erit, omnis anima*, etc. Futurum est autem ut omnis anima, id est, ut quilibet.

Extremabitur de plebe. Interneccione debebitur ex populo suo, et sanditus peribit.

VERS. 25. — *Vos estis filii prophetarum*, spirituales eorum filii in fide, religione et pietate; itaque sicut illi in Christum venturum crediderunt, ita et vos in eundem jam natum, et passum, et à mortuis redivivum credere debetis.

Et testamenti, id est, fœderis, pacti et promissionis divince. Erant autem Judæi filii fœderis et testamenti,

CAPUT IV.

1. Loquentibus autem illis ad populum, supervenerunt sacerdotes, et magistratus tempui, et Sadducei,
2. Dolentes quod doceret populum, et annuntiarent in Jesu resurrectionem ex mortuis;
3. Et injecerunt in eos manus, et posuerunt eos in custodiam in crastinum: erat enim jam vespera.
4. Multi autem eorum qui audierant verbum, crediderunt; et factus est numerus virorum quinque millia.
5. Factum est autem in crastinum, ut congregarentur principes eorum, et seniores, et scribæ in Jerusalem,
6. Et Annas princeps sacerdotum, et Caiphas, et Joannes, et Alexander, et quotquot erant de genere sacerdotali;
7. Et stantentes eos in medio, interrogabant: In qua virtute, aut in quo nomine, fecistis hoc vos?
8. Tunc repletus Spiritu sancto Petrus, dixit ad eos: Principes populi, et seniores, audite:
9. Si nos hodie djudicamur in beneficio hominis infirmi, in quo iste salvus factus est;
10. Notum sit omnibus vobis, et omni plebi Israel, quia in nomine Domini nostri Jesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitavit à mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus.
11. Hic est lapis qui reprobus est à vobis ædificatus, qui factus est in caput anguli;
12. Et non est in alio aliquo salus: nec enim aliud nomen est sub celo datum hominibus, in quo oportet nos salvos fieri.
13. Videntes autem Petri constantiam et Joannis,

idem Petrus explicat, (Epistolæ suæ cap. 1, his verbis: *Reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum*. De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt prophete, qui de futurâ in vobis gloriâ prophetaverunt. Et ne aliqui auditorum fortè dicerent ad ipsos hæc non pertinere, subjungit Petrus: *Vos estis*, etc.

VERS. 26. — *Vobis primum Deus suscitans Filium suum misit eum benedictentem vobis*. Sic et Paulus aliquoties ad Rom., *Judæo primum, et Græco*. Judæis ergo primum Deus misit Filium suum, benedictentem eis, id est, sanitate, et aliis beneficiis, ipsaque sui præsentia eos ad se invitantem; sicut et infra dicitur: *Qui pertransiit beneficiendo, et sanando omnes oppressos à diabolo*. Agitur ergo de benedictione preparatoriâ, sic tamen ut ostendat hoc tempore simul paratam benedictionem spiritualem, dum adjungit: *Et convertat se unusquisque à nequitia sua*.

quia ad illos pertinebat fœdus à Deo cum Abraham patre eorum initum.

Quod disposuit Deus ad patres nostros, quod inviti et pepigit cum patribus nostris Abraham, Isaac, Jacob, David, etc.

In semine tuo, in Christo filio tuo.

Benedictentur, justificabuntur, omnemque gratiam et gloriam accipient.

Omnes familie terræ, omnes gentes.

VERS. 26. — *Ut convertat se, etc.*, q. d.: *Si se quisque convertat, et penitentiam agat, ut veritè Syrus*.

Vel, quasi dicit: *Hoc sine misit Deus Christum, ut scilicet vos convertat à peccatis, per suam gratiam et justitiam*.

CHAPITRE IV.

1. Comme ils parlaient au peuple, les prêtres, le capitaine des gardes du temple, et les Sadducéens survinrent,
2. Ne pouvant souffrir qu'ils enseignassent le peuple, et qu'ils annonçassent la résurrection des morts en la personne de Jésus.
3. Et les ayant arrêtés, ils les mirent en prison jusqu'à lendemain, parce qu'il était déjà tard.
4. Cependant plusieurs, qui avaient entendu le discours de Pierre, crurent, et le nombre en fut de cinq mille personnes.
5. Le lendemain les sénateurs, les magistrats et les docteurs de la loi s'assemblerent dans Jerusalem,
6. Avec Anne le grand-prêtre, Caïphe, Jean, Alexandre, et tous ceux qui étaient de la race sacerdotale.
7. Et ayant fait comparaitre les apôtres devant eux, ils leur dirent: Par quelle puissance, ou au nom de qui avez-vous fait cette action?
8. Alors Pierre, rempli du Saint-Esprit, leur dit: Princes du peuple, et vous sénateurs, écoutez:
9. Puisqu'aujourd'hui on nous demande raison du bien que nous avons fait à un homme impotent, et qu'on veut s'informer de la manière dont il a été guéri,
10. Nous vous déclarons, à vous tous, et à tout le peuple d'Israël, que c'est au nom de notre Seigneur Jésus-Christ de Nazareth que vous avez crucifié, et que Dieu a ressuscité d'entre les morts, que cet homme est maintenant guéri, comme vous le voyez devant vous.
11. C'est cette pierre que vous, architectes, avez rejetée, qui a été faite la principale pierre de l'angle;
12. Et il n'y a point de salut par aucun autre; car aucun autre nom sous le ciel n'a été donné aux hommes, par lequel nous devons être sauvés.
13. Or, voyant la constance de Pierre et de Jean,

comperito quod homines essent sine literis, et idiotæ, admirabantur; et cognoscebant eos, quoniam cum Jesu fuerant:

14. Hominem quoque videntes stantem cum eis, qui curatus fuerat, nihil poterant contradicere.

15. Jusserrunt autem eos foras extra concilium secedere: et conferebant ad invicem,

16. Dicentes: Quid faciemus hominibus istis? quoniam quidem notum signum factum est per eos, omnibus habitantibus Jerusalem: manifestum est, et non possumus negare:

17. Sed ne amplius divulgetur in populum, comminur eis, ne ultra loquantur in nomine hoc ulli hominum.

18. Et vocantes eos, denuntiaverunt ne omnino loquerentur neque docerent in nomine Jesu.

19. Petrus verbò et Joannes respondentes, dixerunt ad eos: Si justum est in conspectu Dei vos potius audire quam Deum, judicate:

20. Non enim possumus que vidimus et audivimus non loqui.

21. At illi comminantes dimiserunt eos, non inventientes quomodo punirent eos, propter populum, quia omnes clarificabant id quod factum fuerat, in eo quod acciderat.

22. Annorum enim erat amplius quadraginta homo in quo factum fuerat signum istud sanitalis.

23. Dimissi autem venerunt ad suos, et annuntiaverunt eis quanta ad eos principes sacerdotum et seniores dixissent.

24. Qui cum audissent, unanimiter levaverunt vocem ad Deum, et dixerunt: Domine, tu es qui fecisti celum et terram: mare et omnia que in eis sunt:

25. Qui Spiritu sancto, per eos patris nostri David pueri tui, dixisti: Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania?

26. Astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum, adversus Dominum, et adversus Christum ejus.

27. Convenerunt enim verè in civitate istâ, adversus sanctum puerum tuum Jesum, in quem unxisti, Herodes, et Pontius Pilatus, cum gentibus et populo Israel,

28. Facere que manus tua et consilium tuum decreverunt fieri.

29. Et nunc, Domine, respice in misas eorum, et da servis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum,

30. In eo quod manum tuam extendas ad sanitates, et signa et prodigia fieri per nomen sancti Filii tui Jesu.

31. Et cum orasset, motus est locus in que erant congregati; et repleti sunt omnes Spiritu sancto, et loquebantur verbum Dei cum fiducia.

32. Multitudinis autem credentium erat eorum unum et anima una; nec quisquam eorum que possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia.

33. Et virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Jesu Christi Domini nostri: et gratia magna erat in omnibus illis.

connaissant d'ailleurs que c'étaient des hommes sans lettres, et du commun du peuple, ils en furent étonnés: ils savaient aussi qu'ils avaient été disciples de Jésus;

14. Et comme ils voyaient avec eux celui qui avait été guéri, ils n'avaient rien à leur opposer.

15. Et ainsi ils leur commandèrent de sortir de l'assemblée; et ils se mirent à délibérer entre eux,

16. En disant: Que ferons-nous à ces gens-ci! Car ils ont fait un miracle qui est connu de tous les habitants de Jérusalem; cela est évident, et nous ne pouvons le nier.

17. Mais pour empêcher que le bruit ne s'en répandît davantage parmi le peuple, défendons-leur avec menaces de parler à l'avenir de ce nom-là à qui ce soit.

18. Et les ayant fait appeler, ils leur défendirent de parler en quelque manière que ce fût, ni d'enseigner au nom de Jésus.

19. Mais Pierre et Jean répondant, leur dirent: Jugez vous-mêmes s'il est juste devant Dieu de vous obéir plutôt qu'à Dieu;

20. Car pour nous, nous ne pouvons ne point parler des choses que nous avons vues et entendues.

21. Alors ils les renvoyèrent avec menaces, ne trouvant point de moyen de les punir, à cause du peuple; car tous rendaient gloire à Dieu, de ce qui était arrivé dans cet événement.

22. Car l'homme qui avait été guéri d'une manière si miraculeuse avait plus de quarante ans.

23. Après donc qu'on les eut laissés aller, ils vinrent trouver leurs frères, et leur racontèrent tout ce que les princes des prêtres et les sénateurs leur avaient dit.

24. Ce qu'ayant entendu, ils élevèrent tous leur voix à Dieu dans l'unioin d'un même esprit, et lui dirent: Seigneur, c'est vous qui avez fait le ciel et la terre, la mer et tout ce qu'ils contiennent.

25. C'est vous qui avez dit par le Saint-Esprit, parlant par la bouche de notre père David, votre Esprit: Pourquoi les nations se sont-elles étonnées? pourquoi les peuples ont-ils formé de vains projets?

26. Les rois de la terre se sont ligés, et les princes ont conspiré contre le Seigneur et contre son Christ.

27. Car nous voyons qu'effectivement Hérodé et Ponce-Pilate, avec les gentils et le peuple d'Israël, se sont unis ensemble dans cette ville contre votre saint Fils Jésus, que vous avez consacré par votre onction.

28. Pour faire tout ce que votre puissance et votre conseil avaient ordonné devoir être fait.

29. Maintenant donc, Seigneur, considérez leurs menaces; et donnez à vos serviteurs la force d'annoncer votre parole avec une entière liberté.

30. En ce quod manum tuam extendas ad sanitates, et signa et prodigia fieri per nomen sancti Filii tui Jesu.

31. Lorsqu'ils eurent achevé leur prière, le lieu où ils étoient assemblés trembla: ils furent tous remplis du S. Esprit; et ils annonçaient la parole de Dieu avec assurance.

32. Or, la multitude de ceux qui croyaient, n'étoit qu'un cœur et qu'une âme: nul ne considérait ce qu'il possédait comme étant à lui en particulier, mais toutes choses étoient communes entre eux.

33. Les apôtres rendaient témoignage avec grande force à la résurrection de notre Seigneur Jésus-Christ, et la grâce étoit grande dans tous les fidèles.

54. Neque enim quisquam egens erat inter illos: quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, vendentes afferbant pretia eorum que vendebant.

55. Et ponebant ante pedes apostolorum: dividebatur autem singulis, prout cuique opus erat.

56. Joseph autem qui cognominatus est Barnabas ab apostolis (quod est interpretatum, Filius consolationis), levites, Cyprius genere,

57. Cùm haberet agrum, vendidit eum, et attulit pretium, et posuit ante pedes apostolorum.

VERS. 1. — LOQUENTIBUS AUTEM ILLIS, SUPERVENI-
RUNT SACERDOTES, ET MAGISTRATUS TEMPLI, ET SADDU-
CÆI. Syr., *Præfati*. Theophylactus dicit fuisse magi-
stratum suspectis oblationum, reparationumque
templi, et similium. Cui specialiter junxerunt se Sad-
duccæi; inprimis scilicet dolentes ex resurrectione
Christi tam manifeste astrui corporum resurrectionem,
quam ipsi negabant, ut Christus testatur,
Matth. 22. Porrò quorsum venerint; docent se-
quentia.

VERS. 3. — ET INIECERUNT IN EOS MANUS, ET POSUE-
RUNT EOS IN CUSTODIAM IN CRASTINUM. De eventu horum
vinculorum mox ad v. 5. Interim, ne quis putet ser-
monem Petri ita abruptum sine fructu fuisse, subjungit-
ur:

VERS. 4. — MULTI AUTEM EORUM... CREDIDERUNT:
ET FACTUS EST NUMERUS VIRORUM CINQUE MILLIA. Vi-
deri posset quòd numerus trium millium de quo ca-
pitæ 2, hæc vice accreverit in numerum quinque mil-
lium. Et sic quidam accipiunt. Sed August., tract. 58
in Joannem, dicit seorsim tria millia, et seorsim quin-
que millia esse conversas. Et favet textus. Dicitur
enim, qui AUERANT VERBUM, certè sermonem Petri
superius recitatum.

VERS. 6. — ET ANNAS PRINCEPS SACERDOTUM, ET
CAIPHAS, ET JOANES, etc. Caiphas quidem in resur-
rectione Lazari, Joan. 11, vocatur Pontifex anni illius,
sed hoc fuit ante Pascha, jam autem à Paschate expi-
raverat annus Caiphae, ideòque Annas vocatur hic
princeps sacerdotum; eique subjungitur Caiphas. Ad-
dit LUCAS: ET QUOTQUOT ERANT DE GENERE SACERDO-

VERS. 2. — ANNUNTIARENT IN JESU RESURRECTIONEM EX
MORTUIS. Prædicant Jesum resurrexisse, ex quo col-
ligitur Jesu quoque discipulis et sectatoribus, ejus
opis, resurrectores. Fortasse ex eo quòd Petrus om-
nia, resurrectionem futuram dixit, superiore capite v. 21,
mortuorum universalem resurrectionem intellexerunt,
que res Sadduceos præsertim videtur commovisse,
qui resurrectionem corporum negabant. Infra, cap. 23,
num. 8.

VERS. 5. — Ut congregarentur, convocato magno con-
cilio 72 virorum, quòd Græcè *synagoga*, indeque Hebr.
et Syriacè *Synedrion* vocatum est. Hoc concilium à
Deo fuerat institutum, Num. 11, 24.

Principes eorum, principes populi, et principes Sa-
cerdotum, non enim ex sacerdotibus tantum constabat
hoc concilium, sed etiam ex cæteris populi pri-
moribus, præsertim scribis, et legisperitis.

Seniores, synedrion hujus senatores, ætate et sapien-
tiæ opinione venerabiles.

54. Car il n'y avait point de pauvres parmi eux, parce que tous ceux qui possédaient des fonds de terre ou des maisons les vendaient, et en apportaient le prix,

55. Qu'ils mettaient aux pieds des apôtres, et on les distribuait ensuite à chacun, selon qu'il en avait besoin.

56. Joseph, surnommé par les apôtres Barnabé, c'est-à-dire, enfant de consolation, qui était lévite, et originaire de l'île de Chypre,

57. Vendit aussi un fonds de terre qu'il avait, et en apporta le prix, qu'il mit aux pieds des apôtres.

COMMENTARIA.

TALI, ubi Græcè et Syr. est, *pontificati*, seu summu-
rum sacerdotum. Et dicitur:

VERS. 7. — IN QUÀ VIRTUTE AUT IN QUO NOMINE FE-
CISTIS HOC VOS? Qui enim, ait Tertul., apolog., c. 21,
et Cyprian., de Vanitate idol., num. 6, de Christo
ausi fuerant dicere: In Beelzebub eieci demonia,
conati sunt et apostolos tanquam magos infamare.
Certè apud gentes Christum quoque et Christianos
ab stupenda miracula habitos fuisse magos, notissi-
mum est ex historicis martyrum, et latè quoque refert
August., 1 de Consens. evang., cap. 25.

VERS. 8. — TUNC REPLETUS SPIRITU SANCTO PETRUS,
DIXIT: PRINCIPES POPULI ET SENIORES. Sub nomine se-
niorum verisimiliter comprehendit scribas, qui erant
studiosi legis, et periti, et sic præ cæteris ferè un-
derum maturiores. Non dicit autem prout ad plebem
dixerat: *Viri fratres*, sed pro reverentia majori, et
publica auctoritatis recognitione: *Principes populi et
seniores*. Quòd autem dicitur: *Tunc repletus Spiritu
sancto Petrus, dixit*; significatur tunc impletum esse
illud Christi Matth. 10: *Cum autem tradent vos, nolite
cogitare quomodo aut quid loquamini; dabit enim vobis
in illa hora quid loquamini, etc.*

VERS. 10. — QUIA IN NOMINE JESU CHRISTI NAZARENI,
QUEM VOS CRUCIFIXISTIS, etc. Addit: *Nazarenus, quem
vos crucifixistis*, ne ulla sit dubitatio, quasi in nomine
alterius cujusdam Jesu magicè incantatione miracu-
lum sit patratum. Interim in verbis illis, *quem vos
crucifixistis*, latet facinoris ad correptionem ordinatæ
quædam increpatio. Porrò quòd dicit, *quem Deus sus-
citavit à mortuis*, et non, *qui surrexit à mortuis* (quan-

Scribæ; sic suos sapientes, et doctores vocant
Hebræi. Græcè dicuntur *γραμματοστοι*, quasi dicat, *litte-
rati*).

VERS. 6. — Joannes. Hic unus fuit ex quinque
Annæ filius alio nomine Jonathas appellatus. Vide Jo-
sephum, lib. 2 Belli, cap. 25.

Alexander. Hic ille esse videtur ejus memini Jo-
sephus, lib. 20 Antiq., cap. 5, et Alexandriae magi-
stratum gessisse ait halabarclæ, id est, *profecti
salis*.

VERS. 9. — Si nos hodiè dijudicamur, etc., necè
cum initio sequentis versiculi: *Natum sit omnibus, etc.*
Potuisset dicere, *quis dijudicamur*, sed modestè
causâ dixit, *si dijudicamur*. Dijudicamur, dicitur,
in questionem et examen vocamur, examinamur.
Syrus dicit: *Si in jus vocemur*.

In beneficio, id est, beneficium, id est, ob sanctam
claudo collatum.

In quo, quâ ratione, quomodo, quâ vi et virtute,

vis et hoc verum sit) prudenter à Petro factum est.
Erat enim præmaturum dedivinitate Christi enucleatè
effari, quòd proinde tempore magis maturo factum
est. Vide etiam cap. 2, v. 22. IN HOC ISTE ASTAT CO-
RAM VOBIS SANUS. In hoc non subanditas, nomine, sed
in hoc occiso et resuscitato Jesu. Nam quia prius de-
clararat in quo nomine, nunc aperit in quâ virtute;
distinctè enim de hoc erat interrogatus. Adde quòd
mox subjungitur:

VERS. 11. — HIC EST LAPIS, quòd omninò de homine
Jesu, et non de nomine Jesu intelligendum est. Hic
ergo, inquit Petrus, est lapis, qui reprobus est à vobis
edificantibus, qui factus est in caput anguli. Quasi di-
cat: *Hic est lapis*, de quo predictum est psal. 117.
Ipse Christus, qui, cùm se prædicando vobis, Filium
Patris parabolice insinualet, Matth. 21, v. 39, tan-
quam seductor ac malefactor, reprobus est à vobis
edificantibus; à vobis, scilicet domum Israel pro of-
ficio quidem, sed malè calce, ac perperam edifican-
tibus, qui factus est (ut vobis in eadem parabolâ di-
cebatur) in caput anguli. Angulus, inquit August.,
serm. 18 de Verbis Domini, duos parietes copulat de
diverso venientes. Quò alludens Paulus ad Ephes. 2,
exponit duos populos in unam Christi fidem conve-
nissimos, Judæos et gentiles.

VERS. 12. — NEC ENIM ALIUD NOMEN EST SUPER COELO
DATUM HOMINIBUS. Græcè sonat, in hominibus; quasi
dicat, sub toto, quàm latè patet, coelo nulli alii ho-
minum datum est, in cuius nomine oporteat nos sal-

hoc enim iudices interrogaverant, vers. 7.

VERS. 12. — Et non est in alio aliquo salus; non est
alius à quo homines saltem præsertim anime expectare
possint, aut debeat, quàm hic.

VERS. 14. — Nihil poterant contradicere; nam licet
hactenus forsitan de arte magicæ subdubitasent,
illos tamen rei evidentiâ convincebat, cum aliis cir-
cumstantiis probitatis apostolorum, candidè simpli-
citatè et mature libertatis.

VERS. 15. — Extra concilium secedere, abire. Vox
ἐξῆλθον alibi collegium significat, alibi locum quo col-
legæ conveniebant. Sic et *ecclæsia* interdum homines,
interdum locum. (Synopsis.)

VERS. 16. — Quid faciemus hominibus istis? Verba
hæc conveniunt vicis non vincuntibus, s; ait Isidor.
Pelusiota, lib. 5, ep. 182. Vincantur enim tum
facti evidentiâ, tum asseveratione Petri et Joannis,
æque ac claudi, uno ore asserentium in nomine Jesu
Christi eum sanatum esse; nec videbant quo jure illos
punire possent, aut carcere detinere.

Notum signum factum est per eos, miraculum il-
lustre, quòd nullo artificio observari potest. Græcum
verbi etiam posset: *Signum factum est per ipsos nomi-
festum*, id est, ab ipsis divulgatum, cui explanationi
favent sequentia, proximo versiculo. Syrus habet:
*Eccc enim signum illud manifestum, quòd editum est
ver eos, etc.* Quæ versio primæ interpretationi con-
senti.

VERS. 17. — Comminemar; Græcè, minis commi-
nemur, quæ geminato emphasim habet. Et hoc loco
minime sum de inferendâ morte, ut placet Lyrano.

Ne ultra loquamur in nomine hoc, sive prædicando,
sive invocando, atque ita signum aliquod faciendo.

VERS. 18. — Denuntiantes, præceperunt, edixe-
runt. Italicè dicimus, intimare.

Neque docerent in nomine Jesu, non prædicarent
Jesum neque ejus doctrinam.

VERS. 19. — Si iustum est, an iustum sit.

S. S. XXIII.

vos fieri. Unde illud Pauli, 1 Cor. 1: *Numquid Paulus
crucifixus est pro vobis; aut in nomine Pauli baptizati
estis?* et 1 Timoth. 2: *Unus mediator Dei et hominum,
homo Christus Jesus.*

VERS. 15. — VIDENTES AUTEM PETRI CONSTANTIAM ET
JOANNIS. Græcè, in dicendo libertatem, COMPERTO QUÒD
HOMINES ESSENT SINE LITTERIS ET IDIOTÆ, id est, indo-
cti et plebei, ADMIRABANTUR, scilicet illam dicendi sim-
ulmulque tacitè carpendi libertatem; adjectæ enim
supra Petrus v. 10, quem crucifixistis.

VERS. 20. — NON ENIM POSSEMUS QUOT VIDEMUS ET
AUDIVIMUS NON LOQUI. Subintellige, utpote cùm sint
opera Dei, illa revelare et confiteri honorificum est,
ut declarat angelus Tobie, 12. Nihil ergo magistratus
illi valentes rationabiliter contradicere, ad minas con-
vertuntur.

VERS. 24. — USANIMITER LEVAYERENT VOCEM AD
DEUM, ET DIXERUNT: DOMINE, etc. Hæc voces Eccle-
sias, inquit Irenæus, lib. 5, cap. 12, ex quâ ha-
bit omnis Ecclesia initium, hæc voces civitatis
magnæ novi Testamenti civium, hæc voces apostolo-
rum, hæc voces discipulorum Domini, eorum qui post
assumptionem Domini per Spiritum sanctum perfecti
existerunt. Non erat ibi Valentinus, nec Marcion, nec
reliqui eversores. Hæc Irenæus. Subdit Petrus

VERS. 28. — HERODES ET PILATUS FACERE, QUÆ
MANUS TUA ET CONSILIUM TUUM DECREVERUNT FIERI, pa-
tri scilicet Christo ob salutem hominum, exaltatio-
nemque sui et Ecclesie. Perperam ergo Beza vertit,

In conspectu Dei. Magnam vim hoc habet; qui enim
cogitat se stare coram Deo, quem nihil lalet, et qui
scelerum vindex est, non audeat nisi quòd veritati et
justitiæ consentaneum est pronuntiare.

Vos potius audire quam Deum, mandantem Apostolis
ut prædicarent Jesum esse Christum et Dei Filium,
et eorum prædicationem miraculis confirmantem.

VERS. 21. — Non invenientes quomodo punirent eos,
non invenientes probabilem prætextum, quem præ-
cedentes suæ malitiæ, videri possent jure agere, et
sceleris alicujus compertos punire.

Propter populum, optimè consuetum et Christi inno-
centiæ, et discipulorum ejus.

Omnis clarificabant. In Græcè est, glorificabant.
Deum in eo quòd factum erat.

VERS. 22. — Annonum enim erat amplius quadraginta.
Homo id ætatis confirmans se sanatum esse; fide
dignior, et juxta vulgatam hominum opinionem, cu-
ratu difficilior erat.

VERS. 25. — Dimissi, non innocentes declarati, sed
tantum à penis immunes vinculis soluti.

Venerunt ad suos. Syrus, ad fratres suos.
Quanta, quæcumque.

VERS. 26. — Pueri tui. Serri tui, ut habet Syrus.
Quare fremuerunt, etc. Vide dicta psalmi. 2, 1.

VERS. 26. — Reges, non tantum illi qui propriè
reges, sed reguli et præsidet, Hebræico nomine desi-
gnantur. Herodes et Pilatus. Principes, synhedrion.
(Synopsis.)

VERS. 27. — Puerum tuum, filium tuum; sic enim
interpretet intelligere vocem *puerum*, cùm illum Christo
tribuit, patet ex v. 50, ubi *puer*; vertit filii.

Quem unxisti, unctione gratiæ, et unionis hyposta-
tice, etc.

Cum gentibus et populis Israel. Gentes et populi
Israel sumuntur pro eodem tanquam synonyma, nam
in concilio hoc Judæorum, de quo hic est sermo, non
interfuerunt gentes.

(Trente-sept.)

que definitas faciendi quasi scilicet Judæi ex vi decreti divini compulsi fuissent occidere Christum. Græca enim vox significat fieri, non faceri. Vnde hoc pluribus explicatum supra, cap. 2, ad illa verba v. 25. hęc similia : *Hunc definitio consilio, et presentia Dei traditum, per manus iniquorum interemisit.*

VERS. 29. — *ET NUNC, DOMINE, RESICE IN MINAS EORUM, ET DA SERVIS TUIS CUM OMNI FIDUCIA LOQUI VERBUM TUUM.* Chrysost. : Non dixerunt, inquit, eripe nos à periculis. Sed quid? Et da servis tuis cum fiducia omni loqui sermonem tuum. Sic ille. Cum fiducia itaque non tantum ut prius, sed insuper minarum ac torturarum impavidè sequitur.

VERS. 31. — *ET CUM ORASSENT, MOTUS EST LOCUS.* Boda, hoc loco : Motus est locus, quatenus agnoscerent terrena sibi corda esse cœcussa, sub quorum pedibus, sancto adveniente Spiritu, terra ipsa sit pavore concussa. Sic ille.

VERS. 32. — *NEC QUISQUAM EORUM QUE POSSEDERAT, ALIQUID SUUM ESSE DICEBAT.* Parat se Lucas, ut de communi vitâ quoad usum (de quo illum egisse dominicum cap. 2, v. 44) transeat ad communem vitam potiore, scilicet quæ fuit simul quoad renuntiationem proprietatis, ut mox latius ostendemus ad v. 34.

VERS. 33. — *ET VIRTUTE MAGNA REDDEBANT APOSTOLI TESTIMONIUM RESURRECTIONIS JESU CHRISTI.* Sed quid hoc ad id quod præcedit de communi Christianorum vitâ? Respondeo, non eò hoc pertinet, sed hyperbaton est, et pertinet ad illud, quod petierant, v. 30, dicentes : *in eo quod manum tuam extendas ad sanitates et signa.* Maluit enim Lucas id à se omissum hic inserere quam omninò prætermittere. De quo August., lib. 5 de Consens. evangel. c. 7 et 13 et q. 15 in Mattheum. Cùm illi, inquit, saneti et veraces viri (evangelista) quasi fortuita recordationum suarum, præter narrationis ordinem, occultæ Dei potestati, cui nihil fortuitum, commisissent, non oportet quemquam hominum dicere, hoc loco poni voluerit, quod valdè ignorat, cur Deus alio loco poni voluerit. Ita August. Itaque hic sic interpositis, et quasi per parenthesis legendis, redit Lucas ad propositum dicens :

VERS. 33. — *ET GRATIA MAGNA ERAT IN OMNIBUS ILLIS.* Et VERS. 34. — *NEQUE ENIM QUISQUAM EGESS*

VERS. 50. — *In eo quod manum, etc.* quasi dicit : Dabis nobis fiduciam predicandi, si prædicationem nostram manu tuâ juvæs et confirmes, operando per nos, ad invocationem Jesu Christi, sanitates et signa, quibus idem nobis apud auditores concilies.

VERS. 51. — *Et repleti sunt omnes Spiritu sancto.* Jam in Pentecoste Spiritu sancto repleti fuerant, sed quasi in habitu, non eodem replentur quasi in actu, ut scilicet in persecutione loquantur verbum Dei cum fiducia.

VERS. 52. — *Et virtute magnâ, Græcè, potentia, robore.* Robur autem hoc consistebat tum in fiducia, et antea prædicandi Christum, tum in patrandis miraculis.

Reddebant, quasi depositum sibi à Christo commissum, hoc enim est Græcum, ut interpretatur Chrysostomus.

ERAT INTER ILLOS. De hoc Basil., Constit. monast., cap. 19 : Erant omnia communia, animi, mentes, corpora, vestes, et utensilia. Et infra : In pluribus corporibus unus animus, et plura corpora unus animi instrumenta. Sequitur : *APPREBANT PRETIA EORUM, QUE VENDEBANT.* — VERS. 53. — *ET POSUIT ANTE PEDES APOSTOLORUM.* Melchisedes papa 12, q. 1, c. *Futurem*, refert hujus venditionis causam in imminente Jerusalemæ excidium, quasi qui scirent sibi fore migrandum, et cùm non possent agros et domos secum ferre, voluerint ex his venditis conficere pretium, quod ad vitandum quocumque locorum transferrent. Esto fuerit hæc occasio, et una causa. Sed si hæc in parte non spectasset etiam aliud, non possent pretia ante pedes apostolorum, sed servassent sibi. Nunc verò intelliguntur voluisse ducere vitam quam commendarat Christus, Matth. 19, dicens adolescenti : *Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, et da pauperibus, et veni, sequere me.* Hæc pertinet illud Hieronymi de Scrip. eccl. in Philone : *Ecclesiæ primitiva talis fuit in omnibus suis membris, quibus hunc monachi nituntur, et copiant esse, ut nihil eorum proprium sit, nullus dives, nullus pauper, vacuet orationi, psalmis, doctrinæ, continentie.* Hec ille. *DIVIDERATUR AUTEM SINGULIS, PROUT CUIQUE OPUS ERAT.* Ecce idem confirmatur. Hæc enim (si Basilio credimus in Reg. fusiis disput., cap. 19) videmus institutum œconomum, qui rem familiarem ex auctoritate et judicio dispensaret. Nec dicitur, *quantum*, sed, *prout cuique opus erat.* Ex quo intelligimus, non eundem modum, vel eandem quantitatem necessariarum singulari tributam, sed solum prout dispensatori visum est quod cuique erat necessarium. Multò minis ergo nihil ibi curiosum, nihil superbum datum est Bernardi in Apolog. ad Guillelmum Abbatem.

VERS. 56. — *JOSEPH AUTEM, QUI COGNOMINATUS EST BARNABAS.* Transitur nunc ad exempla eorum que dicta sunt, scilicet unius qui sincerè professionem vite illius suscepit, et duorum qui fidei, de quibus duobus agebat cap. proximo; hic breviter commemoratur de Barnabâ, qui sincerè illud vite genus aggressus est. Hic, inquit Lucas, LEVITES, CYPRIUS GENERE, — VERS. 57. — *CUM HABERET AGRUM, VENDIDIT EUM, ET ATTULIT PRETIUM, ET POSUIT ANTE PEDES APOSTOLORUM.*

Et gratia magna erat in omnibus illis. Fideles enim in mutâ consuetudine magnam ostendebant gratiam, benevolentiam, et beneficentiam, ut viderent esse fratres, imò angeli, et gratiarum filii. Hunc esse sensum patet ex sequentiis.

VERS. 53. *Et posuit ante pedes apostolorum.* Tum studio humilitatis et reverentiæ erga apostolos, tum ut ostenderent optum contemptum, quasi ea non manibus tractanda, sed pedibus calcanda essent; tum ut ostenderent se non tam gratiam facere, quam recipere ab apostolis.

VERS. 56. — *Quod est interpretatum filius consolationis.* Sic dicitur est, vel quia hoc suo præclaro oblationis exemplo apostolis consolationem, ut etiam pauperibus attulit. Vel quia eximiam mansuetudinem, hilaritatem, suaviloquentiam, gratiâ, sanctitate, vobis facultate consolandi afflictos et miseros. Ita Alexander in ejus Vita.

Dicitur Levites et tamen Cyprius genere, nempe quod per dispersionem sub Antiocho rege, et bellis Machabeorum factam, parentibus in Cyprum insulam dilapsis, ibidem ex tribu Levi natus sit. Hic ergo, *cum haberet agrum, vendidit eum.* Verisimiliter agrum in Cypro insulâ; ibi enim extra Levitarum residentiam positus, potuit agrum proprium habere, non ita in Judæâ. Nam dicitur Num. 18 : *Levite nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti.* Et nota quod dicitur, et posuit pretium ante pedes apostolorum. Hoc enim interest inter ea que hoc capite, et que supra,

CAPUT V.

1. Vir autem quidam nomine Ananias, cum Saphira uxore sua, vendidit agrum,

2. Et fraudavit de pretio agri, conscia uxore sua; et offerens partem quandam, ad pedes apostolorum posuit.

3. Dixit autem Petrus : Anania, cur tentavit Satanæ cor tuum; mentiri te Spiritui sancto, et fraudare de pretio agri?

4. Nomen manens tibi manebat, et venditatum in tua erat potestate; quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus, sed Deo.

5. Audiens autem Ananias hæc verba, cecidit et expiravit, et factus est timor magnus super omnes qui audierunt.

6. Surgentes autem juvenes, amoverunt eum, et efferentes sepelierunt.

7. Factum est autem quasi horarum trium spatium, et uxor ipsius, nesciens quod factum fuerat, introivit.

8. Dixit autem ei Petrus : Die mihi, mulier, si tanti agrum vendidisti? At illa dixit : Etiam tanti.

9. Petrus autem ad eam : Quid utique convenit vobis tentare Spiritum Domini? Ecce pedes eorum qui sepelierunt virum tuum, ad ostium, et efferentes te.

10. Confestim cecidit ante pedes ejus, et expiravit. Intrantes autem juvenes, invenerunt illam mortuam, et extulerunt, et sepelierunt ad virum suum.

11. Et factus est timor magnus in universâ Ecclesiâ, et in omnibus qui audierunt hæc.

12. Per manus autem apostolorum fiebant signa et prodigia multa in plebe. Et erant unanimiter omnes in porticu Salomonis.

13. Ceterorum autem nemo audebat se conjungere illis; sed magnificabat eos populus.

14. Magis autem agebatur creditum in Domino multitudine virorum se mulierum.

15. Ita ut in plateis egerent infirmos, et ponerent in lectulis in grabatis, ut, veniente Petro, saltem umbra illius obumbraret quemquam illorum, et liberarentur ab infirmitatibus suis.

16. Concurrerat autem et multitudo vicinarum civitatum Jerusalem afferentes agros, et vexatos à spiritibus immundis, qui curabantur omnes.

17. Exsurgens autem princeps sacerdotum et omnes qui cum illo erant (quæ est hæresis Sadduceorum), repleti sunt zelo,

capite 2, narrantur, quod licet utrobique dicantur fuisse primis Christianis omnia communia, et rursum etiam illud fortasse idem sit quod cap. 2, dicitur, et dividunt, et hic, dividuntur, quavis postrotram illud, ut diximus, Basilus aliter accipit, tamen illud hoc capite amplius dicitur, quod possiderint pretia ante pedes apostolorum, quod significatur eos prorsus esse abdicasse et proprietatis omni renuntiasse: quod et capite sequenti in Ananiâ et Saphira claris patet.

CHAPITRE V

1. Alors un homme nommé Ananie, et Saphira sa femme, vendirent ensemble un fonds de terre :

2. Et cet homme ayant retenu, de concert avec sa femme, une partie du prix qu'il en avait reçu, rapporta le reste et le mit aux pieds des apôtres.

3. Mais Pierre lui dit : Ananie, comment Satan vous a-t-il tenté, jusqu'à vous faire mentir au Saint Esprit, et détourner une partie du prix de ce fonds de terre ?

4. Ne demeurerait-il pas toujours à vous, si vous aviez voulu le garder; et après même l'avoir vendu, le prix n'en était-il pas encore à vous ? Comment ce dessein a-t-il pu vous entrer dans le cœur ? Ce n'est pas aux hommes que vous avez menti, mais à Dieu.

5. Ananie entendant ces paroles, tomba, et rendit l'esprit; et tous ceux qui en entendirent parler, furent saisis d'une grande crainte.

6. Alors des jeunes gens, se levant, enlevèrent le corps, et l'emportèrent pour l'ensevelir.

7. Environ trois heures après, sa femme entra, ne sachant rien de ce qui était arrivé.

8. Et Pierre lui dit : Femme, dites-moi : Avez-vous vendu tant votre fonds de terre ? Elle lui répondit : Oui, nous l'avons vendu cela.

9. Alors Pierre lui dit : Comment vous êtes-vous ainsi accordés ensemble pour tenter l'Esprit du Seigneur ? Voilà ceux qui viennent d'enterrer votre mari qui sont à cette porte, et qui vont aussi vous porter en terre.

10. Au même moment, elle tomba à ses pieds, et rendit l'esprit. Ces jeunes hommes étant entrés, la trouvèrent morte; et l'ayant emportée, ils l'enterrirent auprès de son mari.

11. Cet événement répandit une grande frayeur dans toute l'Eglise, et parmi tous ceux qui en entendirent parler.

12. Cependant les apôtres faisaient beaucoup de prodiges et de miracles parmi le peuple; et tous les fidèles, étant unis en un même esprit, s'assemblaient dans la galerie de Salomon.

13. Aucun des autres n'osait se joindre à eux; mais le peuple leur donnait de grandes louanges.

14. Et le nombre de ceux qui croyaient au Seigneur, tant hommes que femmes, se multipliait de plus en plus;

15. De sorte que le peuple apportait les malades dans les places publiques, et les mettait sur de petits lits et sur des couchettes, afin que, lorsque Pierre passerait, son ombre au moins couvrit quelqu'un d'eux et qu'ils fussent guéris de leurs maladies.

16. Un grand nombre de personnes accourait aussi des villes voisines à Jérusalem, amenant avec eux des malades, et ceux qui étaient tourmentés par des esprits impurs; et ils étaient tous guéris.

17. Alors le grand-prêtre, et tous ceux qui étaient comme lui de la secte des Sadducéens, furent transportés de colère.

18. Et iniecerunt manus in apostolos, et posuerunt eos in custodia publicâ.

19. Angelus autem Domini per noctem aperiens januas carceris, et eduens eos, dixit :

20. He, et stantes loquimini in templo plebi omnia verba vite hujus.

21. Qui cum audissent, intraverunt dilectio in templum, et docebant. Adveniens autem princeps sacerdotum, et qui cum eo erant, convocaverunt concilium, et omnes seniores filiorum Israël; et miserunt ad carcerem, ut adducerentur.

22. Cum autem venissent ministri, et aperto carcere, non invenissent illos, reversi nuntiaverunt,

23. Dicentes : Carcerem quidem invenimus clausum cum omni diligentia, et custodes stantes ante januas; aperientes autem, neminem intus invenimus.

24. Ut autem audierunt hos sermones magistratus templi, et principes sacerdotum, ambigebant de illis quidnam fieret.

25. Adveniens autem quidam nuntiavit eis : Quia ecce viri quos possidistis in carcerem, sunt in templo stantes, et docentes populum.

26. Tunc abiit magistratus cum ministris, et adduxit illos sine vi : timebant enim populum, ne lapidarentur.

27. Et cum adduxissent illos, staterunt in concilio; et interrogavit eos princeps sacerdotum,

28. Dicens : Præcipiendo præcepimus vobis ne docerentur in nomine isto; et ecce replētis Jerusalem doctrinâ vestrâ, et vultis inducere super nos sanguinem hominis istius.

29. Respondens autem Petrus et apostoli, dixerunt : Obediare oportet Deo magis quam hominibus.

30. Deus patrum nostrorum suscitavit Jesum, quem vos interemistis, suspendentes in ligno.

31. Hunc principem et Salvatorem Deus exaltavit dexterâ suâ, ad dandam penitentiam Israël, et remissionem peccatorum.

32. Et nos sumus testes horum verborum, et Spiritus sanctus, quem dedit Deus omnibus obedientibus sibi.

33. Hæc cum audissent, dissecabantur, et cogitabant interficere illos.

34. Surgens autem quidam in concilio Pharisæus, nomine Gamaliel, legis doctor honorabilis universæ plebi, jussit foras ad breve homines fieri,

35. Dixitque ad illos : Viri Israelitæ, attendite vobis super hominibus istis, quid acturi sitis.

36. Ante hos enim dies exstitit Theodas, dicens se esse aliquem, cui consensit numerus virorum circiter quadringentorum : qui occisus est; et omnes qui credebant ei, dissipati sunt, et redacti ad nihilum.

37. Post hunc exstitit Judas Galilæus in diebus professionis, et auerit populum post se, et ipse perit; et omnes quotquot consenserunt ei, dispersi sunt.

38. Et nunc ita dico vobis : Discedite ab hominibus istis, et sinite illos; quoniam si est ex hominibus consilium hoc, aut opus, dissolvetur :

39. Si vero ex Deo est, non poteritis dissolvere illud,

18. Et ils arêterent les apôtres, et les mirent dans la prison publique.

19. Mais un ange du Seigneur ouvrit durant la nuit les portes de la prison; et les ayant fait sortir, il leur dit :

20. Allez dans le temple, et prêchez-y hardiment au peuple toutes les paroles de cette doctrine de vie.

21. Ce qu'ayant entendu, ils entrèrent au temple dès le point du jour, et se mirent à prêcher. Cependent le grand-prêtre et ceux qui étaient avec lui, étant venus, assemblèrent le conseil, et tous les seneurs du peuple d'Israël, et envoyèrent à la prison, afin qu'on amenât les apôtres.

22. Les officiers y étant venus, ouvrirent la prison; et ne les ayant point trouvés, ils s'en retournerent faire leur rapport,

23. Disant : Nous avons trouvé la prison bien fermée, et les gardes devant les portes; mais l'ayant ouverte, nous n'avons trouvé personne dedans.

24. Le capitaine des gardes du temple, et les princes des prêtres ayant entendu ces paroles, furent en grande peine, ne sachant quelle serait la suite de cette affaire.

25. Or quelqu'un vint leur dire en même temps : Voilà ces gens, que vous avez mis en prison, qui sont dans le temple, et qui enseignent le peuple.

26. Aussitôt le capitaine des gardes du temple partit avec ses officiers, et les amena sans violence, car ils craignaient d'être lapidés par le peuple.

27. Quand ils les eurent amenés, ils les présentèrent au conseil; et le grand-prêtre leur parla en ces termes :

28. Ne vous avions-nous pas expressément défendu d'enseigner en ce nom-là? Cependant vous avez rempli Jérusalem de votre doctrine; et vous voulez nous rendre responsables du sang de cet homme.

29. Pierre et les apôtres répondant, dirent : Il faut plutôt obéir à Dieu qu'aux hommes.

30. Le Dieu de nos pères a ressuscité Jésus, que vous avez fait mourir, l'attachant à une croix;

31. C'est lui que Dieu a élevé par sa puissance, comme étant le Prince et le Sauveur, pour donner à Israël la grâce de la pénitence et la rémission des péchés.

32. Et nous sommes les témoins de ce que nous vous disons; et le Saint-Esprit que Dieu a donné à tous ceux qui lui obéissent l'est aussi avec nous.

33. A ces mots, ils furent transportés de rage, et ils consultaient ensemble pour les faire mourir.

34. Mais un Pharisien, nommé Gamaliel, docteur de la loi, qui était honoré de tout le peuple, se leva dans le conseil; et ayant commandé que l'on fit retirer les apôtres pour un peu de temps,

35. Il dit à l'assemblée : O Israélites, prenez garde comment vous vous conduirez à l'égard de ces personnes.

36. Car il y a déjà quelque temps qu'il s'éleva un certain Théodas, qui se disait un être supérieur; et il y eut environ quatre cents hommes qui s'attachèrent à lui; mais il fut tué; et tous ceux qui avaient cru en lui se dissipèrent, et furent réduits à rien.

37. Judas de Galilée s'éleva ensuite lorsque se fit le dénombrement du peuple, et il attira à son parti beaucoup de monde; mais il périt aussi; et tous ceux qui s'étaient attachés à lui furent dissipés.

38. C'est pourquoi voici le conseil que j'ai à vous donner : Cessez de tourmenter ces gens-là, et laissez-les. Car si ce conseil ou cette œuvre vient des hommes, elle se détruira d'elle-même :

39. Mais si elle vient de Dieu, vous ne sauriez la

ne forté et Deo repugnare inveniamini. Consenserunt autem illi :

40. Et convocantes apostolos, cæsis denuntiaverunt ne omnino loquerentur in nomine Jesu, et dimiserunt eos.

41. Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habitus sunt pro nomine Jesu contumeliam pati.

42. Omni autem die non cessabant, in templo et circa domos docentes, et evangelizantes Christum Jesum.

COMMENTARIA.

VERS. 1. — VIR AUTEM QUIDAM NOMINE ANANIAS, CUM SAPHIRA. Nomina exprimit Lucas, ne forté non rem gestam, sed parabolum ad terrorem confictam scribere videretur, aut personas non sat exactè nôsse. Sequitur :

VERS. 2. — ET FRAUDAVIT DE PRETIO AGRI, CONSCIA UXORE SUA. Hieron., epist. 8, et Gregor. Registri epist. 33, item Fulgentius, epist. 1, cap. 8, attentâ voce fraudavit, affirmant quidem conjuges istos agrum hunc, seu possessionem Deo vovisse etiam ante venditionem. Sed illud intelligendum videtur tantum de voto seu promissione simplici, ut votum solemne non intelligatur eo tempore à Christianis emissum, nisi cum se et sua prosternerant ante pedes apostolorum, et sic factilius intelligitur, quomodo Petrus dicat v. 4: *Nonne manens tibi manebat? et vendidit in tuâ erâ potestate?* De hoc quoque ita Basil., serm. de Inst. monach. Quidquid Ananias in bonis habebat, Deo per professionem consecravit. Professio autem non promissio de futuro, sed cum voto expresso vel tacito novæ vitæ perpetua est susceptio. Ita ille.

VERS. 5. — MENTIRI TE SPIRITUI SANCTO, ET FRAUDARE DE PRETIO AGRI. — VERS. 4. — NON ES MENTITUS HOMINIBUS, SED DEO. Beda : Patet ergo, inquit, Spiritum sanctum esse Deum, et errorem Macedonii damnatum priusquam esset natus. Et idem autem eum notârunt Ambros., 2 de Spiritu sancto, c. 10; Basil., de Spiritu sancto, c. 16; Epiphani. in Ancoratu, et alii. Quare autem partem pretii reservârît Ananias cum uxore, sic explicat Hieron., epist. 8 : Reponebant sibi quædam, si fortè mobilia possessionibus destituta tandem aliquando deficerent, metuentes famem, quam vera Christi fides non timet. Sic Hieron.

VERS. 4. — NONNE MANENS TIBI MANEBAT, ET VE-

VERS. 5. — *Car tentatis, id est, cur permististi te à Satanâ in hoc peccatum induci per tentationem?*

VERS. 5. — *Et factus est timor magnus in omnes qui audierunt; ex morte Ananias intelligentes quantum Deo displiceret violati voti sacrilegium, quod tam severè vindicatum viderant.*

VERS. 6. — *Efferentes, non solum extra domum, sed etiam extra civitatem, ubi cadavera tumulare mos fuit Judæis.*

VERS. 7. — *Nesciens quod factum fuerat, « quia, » ut ait Chrysostomus, « non est ausus quispiam annuntiare quod acciderat; adeo Petrum observabant, et reverebantur, illicque obediabant.*

Intravit. « Non vocabat eam Petrus, sed expectabat, » inquit Oecumenius, » ut ipsa dum vellet ingrederetur; datâ illi potestate respiciendi, et non imprudenter ingrediendi.

détruire, et vous seriez même en danger de combattre contre Dieu. Ils se rendirent à cet avis;

40. Et ayant fait venir les apôtres, ils leur défendirent, après les avoir fait fouetter, de parler à l'avenir au nom de Jésus; et ils les laissèrent aller.

41. Alors les apôtres sortirent du conseil, tout remplis de joie de ce qu'ils avaient été jugés dignes de souffrir des opprobres pour le nom de Jésus.

42. Et ils ne cessaient point tous les jours d'enseigner et d'annoncer Jésus-Christ dans le temple et dans les maisons.

NUDATUM IN TUA ERAT POTESTATE? Quasi dicat, utique. Nulla enim præcepti exstabat necessitas, aut ruris vendendi, aut seritæ deponendi, dicente Ambros., serm. 18. Poterat nihil offerre, et crimen evadere. Unde intelligas errasse Apostolicos (hæreticos ita dictos), qui, ut refert Augustinus, ad Quod vult Deus, hæresi 40, in sum communicationem non recipiebant res proprias possidentes. De quibus hæreticis item Epiphanius, hæresi 61.

VERS. 5. — AUDIENS AUTEM ANANIAS HÆC VERBA, CREDIT, ET EXPERIAT. Querit Ambros., lib. 1 Offic., cap. 50, numquid Petrus ita indignatione efferbit, ut Ananiam extingui vellet, et uxorem ejus? Et respondet: Et quidem exemplo eorum noluit perire ceteros. Et serm. 18: Morti addictis perditis, ad fidei studium universos simul terrore composuit. Ita Ambros. Sed an in æternum justo damnati sint? Variat sententia veterum. August., lib. 2 contra Parmen., c. 1, dicit ipsos vindictâ temporali afflictos, ut spiritu salviferebant. Et Hieron. in illud Nahum 1, v. 9: *Non consurgat duplex tribulatio.* Loquens etiam de Sodomitis: Quibus, inquit, idem Deus ad præsens reddidit supplicia, ne in æternum puniret. Sic illi. Sed apertius de his Basil., homil. de Judicio. Ananias, inquit, unâ cum uxore morte afflictus, non dignus habitus, qui de agendâ penitentia quidquam audiret, non qui spatii saltem tantum nancisceretur, per quod vel leviter animo indoleret. Hæc Basil. Nec iste severi iudicii sententia Basilio prima est. Optatus enim Milevis., lib. 1, docet Dathan quoque et Abyron cum dicens proceribus synagoge negatum et subductum penitentis tempus, quia non talis erat culpa, que veniam mereretur. Et Beda in hunc locum: Nulla, inquit, passus est perditio penitentia curari. Denique et

VERS. 8. — *Respondit, id est, dixit, sic enim Hebræi responderere solent pro dicere, et ordini sermone.*

Si tanti, an tanti? expressit Petrus pretii quantitate, quam tamen S. Lucas tacuit.

VERS. 9. — *Convenit vobis, convenit inter vos. Tentare Spiritum Domini, experiri Dei notitiam mihi communicatum vestro malo. Id sanè non intenderant, sed occasione pactæ fraudis consecutum fuerat.*

Ecce pedes eorum qui sopeliter, etc.; fortassè Petrus audivit sonitum pedum redeuntium iuxta eum, sicut Ahas propheta uxoris Jeroboam sonitum pedum audivit, 3 Reg. 14, c. 6. Vel spiritu vidit, quem addidit Eliseus, 4 Reg. 5, 26, vidit Giezi currentem post Naaman.

VERS. 10. — *Ad virum suum, iuxta maritum suum.*

Irenaeus, lib. 4, c. 46, dicit quod Dei iustitia in veteri Testamento vindicatrix temporaliter et mediocriter, in novo autem semper et aeternis, et cap. 47: Pena eorum qui in novo Testamento retrorsum convertuntur, adaptata est, non solum temporalis, sed aeterna facta. Et invehitur ibidem in eos qui benignitatem Christi in cariem venientis praedicant, et de iudicio tacent, asserens hoc homines praecipuisse in errorem Marcionis.

VERS. 11. — ET FACTUS EST TIMOR MAIUS IN UNIVERSA ECCLESIA. Hinc scilicet et illud quod Gregor., 4 Dialog., c. 55, de quodam religioso tres aureos proprietate apud se habente praescripsit, ut mortuus in sterquilino sepeliretur, et tres aurum unam cum ipso.

VERS. 15. — UT VENIENTE PETRO, SALTEM UMBRAM ILLIUS ORONABAT QUAEQUAM ILLORUM. Chrysost. in hunc locum: Magna, inquit, accedentiam fides, et major etiam quam sub ipso Christo. Nam et Christus praedixerat: Qui crediderit in me, opera quae ego facio, faciet, et majora faciet. Et Beda: Petrus umbram sui corporis visibiliter allebatur infirmos, qui etiam nunc invisibili sui intercessionis umbraculo fidelium infirma roborare non cessat. Sic illi.

VERS. 17. — EXSURGENS AUTEM PRINCEPS SACERDOTUM, ET OMNES QUI CUM ILLO ERANT, QUAE EST HERESIS SADDUCORUM. Memineris hic, lector, eorum quae dicta sunt cap. praeced., v. 1. Sunt enim ibidem qui ibi, v. 18, graviter Petro et Joanni comminati fuerunt, et comminantes coram eis dimittit, non invenientes quomodo eos punirent. Nunc ergo gravius in eos eorumque socios exsurgunt, zelo et magna

VERS. 12. — PER MANUS APOSTOLORUM, per apostolos; opera apostolorum.

In plebe; non principes superbi et increduli non credebant, ideoque divinae benignitatis fontem sibi obstruunt.

VERS. 15. — NEMO AUBEAT SE ADJungere illis, se illis inserere, se apostolum profiteri, aut apostolus familiarem, partim metu magistratum, partim ex admiratione et reverentia apostolorum, quod ad eorum dignitatem et virtutem se assurgere posse diffident. Magnificabat eos populus, laudabat, celebrabat, magnificabat.

VERS. 14. — CRESCENTUM IN DOMINO, id est, credentium Domino, scilicet, Jesu Christo.

VERS. 13. — IN PLACIS, per placatas. Effugerant, effugerunt, ut est in Graeco. Crabatibus. Crabatibus est species lecti simplicior et vilior, qualis est pauperum et agrorum gestatilis.

VERS. 16. — VEXATOS A SPIRITIBUS IMMUNDIS, quates tum temporis, nuda ac Providentia divina, ad refellendam haeresim Sadduceorum, angelos et spiritus nequam, plurimum erant; ordinario exorcismo, cum baptizarentur, vel confirmarentur, curari solitos, multis exemplis ex Prudentio, Lactantio et aliis probat Lorianus. (Tirinus.)

Zelo, emulatione, seu indignatione.

VERS. 18. — IN CUSTODIA PUBLICA, populari, et plebea, in qua coniecebantur omnis generis sotes, fures, homicidae, etc.

VERS. 19. — APERUIT PORTAS CARCERIS, quas tamen iterum clausit illis educens, nam eas clausas invenierunt ministri magistratus, v. 25.

VERS. 21. — QUI CUM ADUISSENT, id est, qui auditio hoc mandato.

iracundia accensit. Sed quibus verbis apostolos angelus reficit?

VERS. 20. — ITE ET STANTES LOQUIMINI IN TEMPO PLEBI OMNIA VERBA VITAE VESTRAE. Nempe haec nisi ausi non fuerant templum occupare, ipsis porticu, ut praecedat hoc eodem cap., v. 12, quae dicebatur porticus Salomonis, contenti. Nunc ergo jubentur audacter etiam in ipso templo loqui plebi omnia verba vitae hujus, scilicet vitae Christianae, omnemque institui Christiani rationem.

VERS. 25. — CARCEREM QUIDEM INVENIMUS CLAUDSUM, etc. Hinc quidam suspicari possent angelum eduxisse apostolos januis clausis. Sed invalidum est argumentum, et contra textum. Nam, v. 19, expressè dicitur quod angelus aperuerit januas carceris, apostolos inde educens. Et quid obstat quominus creditus angelum januas carceris ad educendum captivos aperuisse, usque eductis, ipsas eadem virtute iterum accuratissime clausisse? Nihil sane. Itaque quod praecedit v. 22: Et aperto carcere non invenissent illos, intelligendum est cum ministri illi clausum carcerem aperuerant. Hoc enim rursum ingenitavit hoc vers. 25, dum dicunt: Aperiunt autem neminem intus invenimus.

VERS. 28. — ET VULTIS INDUCERE SUPER NOS SANGUINEM HOMINIS ISTIUS. Scilicet conati ostendere ipsum inique occisum, et per consequens non esse reos interfectionis ejus. De hoc Beda apposuit: Oblitus est, inquit, princeps sacerdotum ejus dicit: Sanguis ejus super nos, et super filios nostros.

VERS. 29. — OEDIRE OPORTET DEO MAGIS QUAM HOMINIBUS. Basil., Interrog., brev. 114, ex his verbis

Adveniens, ad locum concilio destinatum. Convocaverunt concilium. Syrus, suos socios, et collegas, id est, pontifices inferiores, qui ei a consiliis erant.

VERS. 24. — Ambigebant; ad verbum, capere non poterant, non poterant assequi, idem animo varia volebant, cogitantes quamquam ratione hoc factum esse.

De illis quidnam feret. Graecè, quidnam hoc sibi vult, quomodo hoc factum esset, an scilicet magis artibus evasissent, an verò corruptis pecunia carceris custodibus.

VERS. 25. — Adveniens autem quidam, qui viderat astantes eos in templo et intrepide docentes. (Lyrans.)

VERS. 26. — Adduxit illos sine vi, sibi timens a populo, si manus violentas injicere tentasset, quae ratio exprimitur in sacro textu; vel etiam existans eos qui custodiam evasissent, nec vinculis invitos teneri posse. Parent autem apostoli evangelice humilitatis, patientiae, integritatis, constantiae exempla praebentes, et obedientiae erga magistratus.

VERS. 27. — Et interrogavit, etc. Hic ponitur apostolorum increpatio cum dicitur:

VERS. 28. — Praecipiendo praecipimus, quasi dicit: diserte, graviter et severe sub penis magnis praecipimus vobis.

In nomine isto, nomen Jesu invocando, et ejus doctrinam disseminando.

VERS. 29. — Respondens autem Petrus et apostoli, etiam apostoli respondisse dicuntur, quia quae Petrus dicebat et ipsi nutu, et vocibus subinde confirmabant.

docet non esse obediendum hominibus in mandato, quod Dei verbum repugnet, vitiet, contaminevet. Et Bernard., epist. 7: Quod jubet Deus, prohibet homo; et ego audiam hominem, surdus Deo? Et de Praecept. et Disp.: Ubi Deo contraria praecipit homo, pergenendum indubitanter in Petri sententiam: Oportet obedire Deo magis quam hominibus. Haec illi. Sed observandum Petrum, cum haec dixisset, mox simul ostendisse pontificem cum suis contraria Deo praecipisse, docens Jesum Christum esse verum Messiam in lege promissum.

VERS. 35. — HEC CUM ADUISSENT, DISSEGANBANTUR, ET COGITABANT INTERFICERE ILLOS. Dissecabantur. Syrus verit., furor corripiebantur. Certè cogitabant, aut, ut quidam vertunt, consilabant eos interficere. Et omnino verisimile est jam eos haec de re consultare coepisse; Gamaliel enim, de quo sequitur, cogitationes solus cognoscere non potuisset, nisi simul eas quomodoquid prodidissent.

VERS. 34. — SURGENS AUTEM QUIDAM IN CONCILIO, NOMINE GAMALIEL. De hoc Beda: Hic Gamaliel, inquit, ut Clemens indicat, apostolorum erat in fide socius, sed eorum consilio permanens apud Judaeos, ut eorum in tali turbine posset sedare furorem. Sic ille. Et astipulatur Baronius. Et addit: Gamaliel adhaesisse Christianis, certum planè ejus rei indicium est, quòd à Christianis apud Stephanum protomartyrem ejus corpus conditum, inventum est, ut Lucianus presbyter, qui inventioni interfuit, libello suo testatur. Ita Baronius.

VERS. 36. — ANTE NOS ENIM DIES EXSTITIT THEODAS, etc. Permulti arbitrantur illum esse, quem ex Josepho, lib. 20 Antiq., c. 2, describit Eusob., lib. 2 Hist. eccl., c. 10, tradens quòd, cum esset prestigiator, affirmavit se esse prophetam, personaeque ingenti multitudini, comportatis facultatibus se sequi ad Jordanem, promittens se illum velle dividere, facilemque transitum praebere. Sed parum quadrat haec narratio: nam teste etiam Baronio, Josephus res gestas illas Theodas, loco citato refert ad tempora Crispiani.

VERS. 50. — Suscitavit, excitavit, seu exhibuit mundo. (Sà.)

VERS. 51. — Principem. Isaias, cap. 9, 6, vocat Christum, Principem pacis.

Exaltavit, à terra in caelum; vel exaltavit, id est, gloriosum reddidit, et reddidit per miracula et praedicationem nostram, dando ei nominis claritatem, et subijciendo ei multos quoque passim ad Ecclesiam adducit.

Devertit suam, potentiam suam.

Ad dandum poenitentiam Israel, ut per Christum et ejus meritis adduceret Israelitas ad poenitentiam et salutem.

VERS. 52. — Sumus testes horum verborum, id est, harum rerum et mysteriorum, scilicet Christi resurrectionis, ascensionis, et exaltationis; ac poenitentiae et remissionis peccatorum à Deo in Christum credentibus promissae.

Et Spiritus sanctus. Graecè: Insuper autem et Spiritus sanctus; quasi dicit: Non nos tantum testes sumus, sed et Spiritus sanctus qui per nos hoc testimonium Christi intrepide eloquitur, signisque confirmat, se ipsum etiam, aspectabilem exhibens per linguas igneas, etc.

Padi Judaeae procuratoris, quem ejusdem testimonio, anno denum quarto Claudii imp., in provinciam missum constat, post annos undecim ab hoc tempore. Adde quòd hic v. 37 subditur: Post hunc cassitit Judas Galilaeus in diebus professionis, quod omnes de descriptione orbis sub Caesare Augusto, de qua Luca 2, merito intelligunt. Ex quo sequitur Theodam istum praecessisse Judam. Baronius et alii volentes nihilominus haec de Theodà illo de quo Josephus et Eusebius agunt, intelligi, respondent, v. 37, post hunc, idem esse quòd, praeter hunc. Et addunt Josephum quidem errare in supputatione temporum, sed non in narratione ipsius rei gestae. Sed infirma videtur responsio, maxime quòd Fadus ille, qui hoc tempore nondum praefuit Judaeae, narretur à Josepho, Eusebio, et ipso etiam Baronio, sediosos illos inmissis equitibus dissipasse, quòd praecipuum videtur esse totius rei geste. Verisimiliter solus cognoscere non potuisset, nisi simul eas quomodoquid prodidissent.

VERS. 37. — POST HUNC EXSTITIT JUDAS GALILEUS IN DIEBUS PROFESSIONIS. Professionis, Graecè, descriptionis, scilicet illius, ut diximus, de qua Luc. 2. Et de hoc Juda, Josephus, l. 18 Antiq., c. 1 et 2, ante scilicet sumum Theodam, cujus primum meminit l. 20 earundem Antiq., c. 2.

VERS. 38. — DISCEDITE AB HOMINIBUS ISTIS, ET SINITE ILLOS. Queres an ergo similiter republica debebit novationes religionum sinere, usque dum sponte intereat? Respondeo, non idem esse judicium, nam novationes religionum, maxime quae praeceduntur hoc tempore, jamdiu pluribus conciliis generalibus damnatae sunt; hic vero ostendit Gamaliel doctrinam apostolorum de Christo, nondum ne quidem in illo concilio satis esse discussam. Itaque tantisper moderate esse agendum, nec statim de apostolis à medio tollendis

Obedientibus sibi, per fidem, et christianae legis observantiam se illi subijcentibus.

VERS. 34. — Honorabilis universae plebi, in pretio habitus ab universo populo, ut est in Graeco, nimirum ob sapientiam et morum gravitatem.

Jussit foras ad brevia homines fieri, id est, praesidi concilii suggestit, ut juberet apostolos ad breve tempus extra concilium eundi.

VERS. 35. — Attendite vobis, quasi dicit: Nolite praecipitare sententiam, sed libere cogitate ut agatis, ne fortasse perturbatione aliquà proveci, in erroris alicujus scopulum impingatis.

VERS. 36. — Dicens se esse alicujus. Graeca addunt magnam; Syrus, dicens se esse rab, vel rabbi, id est, magnam quendam doctrinam et prophetiam.

Cui consentit, cui adhaesit.

VERS. 37. — Avertit populum post se, sectam constituit Galilaeorum, qui pro libertate sua tuenda omne vestigal et dominium Caesaris, etiam morte proposita, abundavit. Vide Josephum, lib. 18 Antiq., cap. 1; lib. 20, cap. 5, et lib. 7 de Bello Judaico, cap. 39.

Redacti ad vitium, omnibus occis, vel dissipatis, quasi dicit: Idem accidit huic sectae nunc surgenti, si à Deo non sit.

esse cogitandum. Porrò quod dicit:

VERS. 39. — Si ex Deo est, scilicet consilium hoc aut opus, non poteritis dissolvere illud; D. Thom. Quodl. 5, art. 11, ad ult., sic interpretatur, quòd non tantum dicit: Si ex Deo est opus hoc, sed consilium hoc aut opus. Nam verba hæc, inquit, non dicuntur ad ostendendum quòd illa quæ sunt à Deo, verbi gratià, charitas, propositum, imò et ingressus religionis, in perpetuum maneat, sed ad ostendendum infallibilitatem divinæ providentiæ. Hæc D. Thomas, per divinam providentiam non opus semper, sed consilium Dei docens, sæpè intelligendum.

VERS. 40. — CÆSIS DENUNTIABERUNT, NE LOQUERENTUR IN NOMINE JESU, ET DIMISERUNT EOS. Quidam intelligunt alapis impactis cæsis, alii flagellatos, quorum utrumque non alienum à contextu; quia per has plagas apostoli infra dicuntur contumeliam passi; utrumque verò plagarum genus contumeliosum est. Et primum usque adeò, ut Apostolus dicat: *Si quis in faciem vos cædit, contumeliam significans, explicante Augustino.* Posterior tamen probabilis est, quia dicit in Math., c. 25, Hieron. « Flagellati in Actis apostoli, » de collegio apostolorum loquens. Quòd si id non hic, certè alibi

VERS. 39. — *Consenserunt autem illi.* Placuit Gamaliele consilium, scilicet ne apostolos interficerent, ut paulò ante furentes cogitabant, vers. 35. Non ta-

CAPUT VI.

1. In diebus autem illis, crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum adversus Hebræos, eò quòd despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum.

2. Convocantes autem duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, et ministrare mensis.

3. Considerate ergo, fratres, viros ex vobis boni testimonii septem, plenos Spiritu sancto et sapientià, quos constituamus super hoc opus.

4. Nos verò orationi et ministerio verbi instantes erimus.

5. Et placuit sermo coram omni multitudine, et elegerunt Stephanum, virum plenum fide et Spiritu sancto, et Philippum, et Prochorum, et Nicanorem, et Timonem, et Parmenam, et Nicolaum advenam Antiochenum.

6. Hos staturunt ante conspectum apostolorum, et orantes imposuerunt eis manus.

7. Et verbum Domini crescebat, et multiplicabatur numerus discipulorum in Jerusalem valde: multa etiam turba sacerdotum obediebat fidei.

8. Stephanus autem plenus gratià et fortitudine, faciebat prodigia et signa magna in populo.

9. Surrexerunt autem quidam de synagoga quæ appellatur Libertinorum, et Cyrenensium, et Alexandrinorum, et eorum qui erant à Cilicià et Asià, disputantes cum Stephano:

10. Et non poterant resistere sapientiæ et Spiritui qui loquebatur.

11. Tunc summiserunt viros qui dicebant se audi-

accidisse, difficulter inveniemus.

VERS. 41. — QUONIAM DIGNI HABITI SUNT PRO NOMINE JESU CONTUMELIAM PATI. Quempiam precedentibus meritis aliquando consequi passiones, testari videtur illud Christi Marci 10, v. 29: *Nemo est qui reliquerit domum, etc., qui non accipiat centes tantum cum persecutionibus.* Verùtamen, quia dignum quasi ex meritis se arbitrari, cuiusdam est supercilii, melius videtur dignum hic derivare à dignatione, ut pro modestà apostolicà sensus sit: Quoniam à divinà dignatione, quæ majestatis, auctoritatis, potestatis quedam inclinatio est, consecuti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati. Martyria enim esse divinæ dignationis, docet Chrysost. in Epist. ad Coloss. hom. 12, et latè id prosequitur de Providentià ad Ziagrium. Nilominus quosdam etiam suo modo mereri martyrium, Cyprian. indicare videtur, lib. de Mortal., num. 6, loquens de his qui deplorabant se martyrio fraudari, dum peste præpropèrè è vità tollerentur: Non est, inquit, in tuà potestate martyrium, sed in Dei dignatione; nec potes dicere te perdidisse, quod nescis an merearis accipere. Ita Cyprianus.

men eorum indignatio ita subsidit, quin eos flagellarent, et juberent predicatione Christi abstinere.

VERS. 42. — *Omni die, singulis diebus.* Circa donos, per domos, de domo in domum.

CHAPITRE VI.

1. En ce temps-là, le nombre des disciples se multipliait. Il s'éleva un murmure de Juifs grecs contre les Juifs hébreux, de ce que leurs veuves étaient méprisées dans la dispensation de ce qui se donnait chaque jour.

2. C'est pourquoi les douze ayant assemblé tous les disciples, leur dirent: Il n'est pas juste que nous quittons la parole de Dieu, pour avoir soin des tables.

3. Choisissez donc, ô nos frères, sept hommes d'entre vous, d'une probité reconnue, pleins de l'Esprit-Saint et de sagesse, à qui nous puissions confier cet emploi.

4. Et pour nous, nous nous appliquerons entièrement à la prière et à la dispensation de la parole.

5. Ce discours plut à toute l'assemblée, et ils élurent Etienne, homme plein de foi et du Saint-Esprit, Philippe, Prochore, Nicanor, Timon, Parménas et Nicolas, prosélyte d'Antioche.

6. Ils les présentèrent aux apôtres qui, après avoir fait des prières, leur imposèrent les mains.

7. Cependant la parole de Dieu se répandit de plus en plus, et le nombre des disciples augmentait considérablement dans Jérusalem. Il y en avait aussi beaucoup d'entre les prêtres qui obéissaient à la foi.

8. Or, Etienne, qui était plein de grâce et de force, faisait de grands prodiges et de grands miracles parmi le peuple.

9. Et quelques-uns de la synagogue, appelée la synagogue des affranchis, et de celle des Cyréniens, et des Alexandrins, et de ceux de Cilicie et d'Asie, s'élevèrent contre Etienne, et disputaient avec lui.

10. Mais ils ne pouvaient résister à la sagesse et à l'Esprit qui parlait en lui.

11. Alors ils apostérèrent des gens, pour dire qu'ils

visse eum, dicentem verba blasphemie in Moysen, et in Deum.

12. Commoverunt itaque plebem, et seniores, et scribas, et concurrentes rapuerunt eum, et adduxerunt in concilium;

13. Et staturerunt falsos testes, qui dicerent: Homo iste non cessat loqui verba adversus locum sanctum et legem:

14. Andivimus enim eum dicentem: Quoniam Jesus Nazareus hic destruet locum istum, et mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyses.

15. Et intuentes eum omnes qui sedebant in concilio, viderunt faciem ejus tanquam faciem angeli.

COMMENTARIA.

VERS. 1. — FACTUM EST MURMUR GRÆCORUM ADVERSUS HEBRÆOS. Græcè, ἐλλήνων, id est, Græcistarum, seu Græcizantium, scilicet Judæorum, qui extra Jædeam nati aut diti versati, Græcà linguà utebantur. Nemo enim gentiliùm ante Cornelium Centurionem, de quo demùm cap. 10, ad Christum conversus fuit. Fuit ergo horum murmur, eò quòd despicerentur in MINISTERIO QUOTIDIANO VIDUÆ FORUM. Quidam interpretantur viduas ipsas ministrasse mensis. Sed falluntur. Nam cùm subjungunt apostoli:

VERS. 2. — NON EST ÆQUUM NOS DERELINQUERE VERBUM DEI, ET MINISTRARE MENSIS, satis indicant ministerium hoc seipsos hactenus impleisse. Itaque despici opponitur hic honorificentie, nec tamen loci eminentioris, sed uberioris portionis in elemosynarum vel rerum necessariorum distributione. Ad quem sensum dicit Apost. 1 ad Timoth. 5: *Viduas honora, quæ verè viduæ sunt, et eodem cap.: Qui bene præsentant presbyteri, duplici honore digni habeantur.*

VERS. 3. — VIROS EX VOBIS BONI TESTIMONII SEPTEM. Hic numerus videbatur presenti necessitati sufficere; et placebat propter septem dona Spiritus sancti. Ex eo quòd hic dicitur: *Considerate, fratres, viros ex vobis, colligit Cyprian., epist. 68, non solum episcopos et presbyteros, sed et diaconos nonnisi sub populi assistentis consensu fieri oportere.* De quo vide plenius supra ad caput 1, v. 25.

VERS. 4. — NOS VERÒ ORATIONI ET MINISTERIO VERBI INSTANTES ERIMUS. Primum, ex hæc adversatià, volunt novatores hos diaconos non esse assumptos ad ministerium verbi, sed tantum mensarum. At falluntur. Nam *instantes*, idem est, quòd assidue intenti. Erant igitur apostoli assidue intenti orationi et ministerio verbi, diaconi verò mensis ordinariè; sed cùm

VERS. 1. — *In diebus illis* quibus apostoli in carcerem missi sunt, et flagellis cæsi.

In ministerio quotidiano. Hoc alii aliter interpretantur. Aliqui ministerium activè accipiunt, censentque Græcos mulieres ab Hebræis deputatas ad viliora ministeria, nimirumque labore oppressas, vel repulsas, quasi rudiores, à ministrando, ut rarius ministrarent, quam Hebrææ. Alii ministerium accipiunt passivè, nimirum pro illo quo necessaria viduis et egentibus dividebantur; quòd scilicet non ita promptè aut largitè daretur viduis Græcorum, ut viduis Hebræorum; uterque sensus verus esse potest, mihi tamen secundus magis arridet.

lui avaient entendu proférer des paroles de blasphème contre Moïse et contre Dieu.

12. Et ainsi ils émurent le peuple, les sénateurs et les docteurs de la loi; et, se jetant sur Etienne, ils l'enlevèrent, et l'entraînèrent au conseil.

13. Et ils produisirent contre lui de faux témoins, qui disaient: Cet homme-là ne cesse point de parler contre le lieu saint et contre la loi;

14. Car nous lui avons entendu dire que ce Jésus de Nazareth détruirait ce lieu-ci, et changera les traditions, que Moïse nous a laissées.

15. Cependant tous ceux qui étaient assis dans le conseil ayant les yeux sur lui, virent son visage éclater, comme le visage d'un ange

occasio se offerret, etiam prædicationi, ut patet modo de Stephano hoc cap. et cap. seq., et de Philippo diacono evangelizante Samaritis et eunucho Candacis regina, capite 8. Præterea movet scrupulum novatores, quasi hic nulla sit mentio sacrificii missæ. Sed comprehenditur illud sub nomine orationis, eodem modo quo Levit. 16 et alibi, de sacrificio dicitur: *Orabique pro eo sacerdos.* Et 2 Machab. 12, cùm Scriptura dixisset sacrificio pro mortuis offerendo, explicat illud per phrasim orandi, ita subjungens: *Nisi enim eos qui ceciderunt resurrecturos speraret, superfluum videretur et vanum orare pro mortuis.* Unde merito Irenæus, vicinis apostolorum temporibus, lib. 4 contra hæreses, c. 5: Sacerdotes, inquit, sunt omnes Domini apostoli, qui neque agros, neque domos hereditant hic, sed semper altari et Deo servantur. Ita ille. Et Beda in hunc locum: Hinc jam decederunt apostoli et successores apostolorum per omnes Ecclesias diaconos, qui sublimiori gradu essent cæteris, et proximi circa aram etiam assisterent. Sic illi.

VERS. 5. — ET ELEGERUNT STEPHANUM, VIRUM PLENUM FIDE. Qui elegerunt? Vide supra, c. 1, ad illum versum 25: *Et staturerunt duos.* Cæterum, quòd Stephanus dicitur plenus fide, sic intellige: *plenum fide*, id est, omnia que fidei sunt, eorumque rationes et fundamenta plene contentem, non solum, quòd ipse firmissimè in fide fuerit radicatus. Et PHILIPPUM. De eo infra, c. 8. Sequitur: ET NICOLAUM ADVENAM ANTIOCHENUM. Irenæus, l. 4, c. 27; item Ignatius, epist. ad Trallianos, et Hieron., c. 8, adversus Lucif., et epist. 48, scribunt hunc Nicolaum antorem fuisse sectæ turpissimæ Nicolaitarum, sectantium ut canes concubium promiscuum; de qua secta, teste Irenæo, Dominus Apoc., 2: *Quia odisti facta Nicolaitarum, quæ et ego odi.* August.

VERS. 5. — *Plenus Spiritu sancto.* Neque enim satis erat bona existimatio et fama, sed ad ministerium tanti momenti ritè obendum, requirebatur interna dispositio sanctitalis et prodientie.

Quos constituimus super hoc opus, ministrandi sacris et profanis mensis. Sunt autem ad hoc constituti, non solum pro deputatione, sed etiam per sacram ordinationem quæ diaconi facti sunt.

VERS. 5. — *Advenam, Græcè προσήλυτος, id est, proselytum.* Erat ergo hic Nicolaus primùm gentilis; sed postea conversus ad Judæismum; talis enim Græcè vocabatur proselytus, Latine, *advena.*